ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ
ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII GALENI
OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOM. XVIII. PARS I.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1829.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.



VOL. XVIII. PARS I.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. XVIII.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1829.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ed. Chart. IX. [245.] Ed. Baf. V. (300.)

α'.

[245] (300) Ἐν τῇσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη μὴ πρότερον γινομένη σημεῖον ἀγαθόν.

Ἡ λειεντερία ταχεῖα διὰ τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων διέξοδός ἐστι τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, τοιούτων ὑποχωρούντων ὁποῖα κατεπόθη. συντομώτερον δ' ἄν τις

HIPPOCRATIS APHORISMI ET GALENI IN EOS COMMENTARII.

I.

In diuturnis lienteriis ſi ructus acidus qui prius non extitit oboriatur, ſignum bonum eſt.

Lienteria celer eſt per ventrem et inteſtina tum eſculentorum tum potulentorum transitus, qua talia dejiciuntur, qualia devorata fuere. Quod ſi quis ipſam brevius

αὐτὴν ἀφοριζόμενος εἴ- [246] ποι στέρησιν πέψεως, οὔτε κατὰ χροιὰν οὔτε κατὰ σύστασιν ἢ ὀσμὴν ἢ ὅλως ἡντιναοῦν ποιότητα (301) γενομένης ἐν τῇ γαστρὶ μεταβολῆς σιτίων. ὠνομάσθη δὲ τὸ πάθος οὕτως ὑπονοησάντων τῶν πρώτως θεμένων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ διὰ λειότητα γεγονέναι τῆς ἔνδον ἐπιφανείας τῶν ἐντέρων, δι᾽ ἣν οὐκέτι ἀντιλαμβάνεται τῶν ἐμπεριεχομένων ἐν αὐτοῖς, ὡς ἂν ὅτε κατὰ φύσιν εἶχε τῇ τραχύτητι κατεχόντων αὐτά. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῶν πρώτως ὀνομασάντων τὰ πράγματα δίκαιον ἐπαινεῖν, οὐ μὴν ἐπί γε ταῖς λειεντερίαις ἀποδέχομαι τοὺς ἄνδρας, ἀγνοήσαντας ὅτι τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἔργον ἐστὶ περιπτύσσεσθαί τε τὰ σιτία ἔν τινι χρόνῳ, ὡς σφιγγούσης τε καὶ κατεχούσης αὐτὰ καὶ αὖθις ὠθεῖν κάτω καὶ ὡς ἡ κατὰ τὴν κύστιν γίνεται στραγγουρία, μὴ περιμενούσης ἀθροισθῆναι τὸ οὖρον, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀποτριβομένης αὐτῆς ἢ ὡς δακνῶδες ἢ ὡς βαρῦνον, οὕτω δὴ καὶ κατὰ τὴν γαστέρα αἱ ταχεῖαι διέξοδοι.

definire velit, diceret coctionis privationem eſſe, nulla neque ſecundum conſiſtentiam neque ſecundum colorem aut odorem aut nullam aliam omnino qualitatem in ventriculo ciborum mutatione facta. Ita vero morbus hic appellatus eſt exiſtimantibus illis qui primum ipſi talem appellationem impoſuerunt, propter interioris inteſtinorum ſuperficiei laevitatem fieri, ob quam non amplius ipſa retineant in ſe contenta cibaria, ſed celerrime praeterlabi ſinant; quaſi vero ſua, quum ſecundum naturam ſe habebant, aſperitate ipſa retinerent. Quum itaque in multis aliis eos laudandos aequum ſit qui primum rebus impoſuerunt nomina, in lienteria tamen eos viros minime probare poſſum, quum ipſius ventriculi munus eſſe ignoraverint, cibos circumplecti aut ipſos conſtringendo quodam tempore retinere rurſusque deorſum propellere. Et rurſus quemadmodum in veſica fit urinae ſtillicidium patienter non ferente urinam colligi, ſed ſtatim ut mordentem aut gravantem expellente, ſic et in ventriculo cele-

αὗται γὰρ αἱ αἰτίαι κοιναὶ ἁπάσης εἰσὶν ἐκκρίσεως. ἃς εἴπερ οἱ πρῶτοι θέμενοι τοὔνομα τῷ πάθει λειεντερίαν ἠπίσταντο, τὴν μὲν περὶ τῆς λειότητος τῶν ἐντέρων ὑπόνοιαν οὐκ ἂν ἐπήνεσαν, ἀντ᾽ αὐτῆς δὲ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς γαστρὸς ὅλης καὶ τῶν ἐντέρων ᾐτιάσαντο δι᾽ ἣν αἰτίαν βαρυνόμενα ταῦτα τὰ μόρια πρὸς τῶν καταποθέντων ἀποτρίβεται διὰ ταχέων αὐτά. δυνατὸν δέ ποτε καὶ διά τινας χυμοὺς δακνώδεις ἐπιπολῆς ἑλκωθέντων αὐτῶν γενέσθαι τὸ πάθος, εἰ καὶ μὴ μεγάλως πεπόνθοι τὰ τῆς δυνάμεως. ἀναγκαῖον γάρ ἐστι καὶ τότε διεξερχομένων τῶν σιτίων ἀνιώμενα τὰ ἡλκωμένα προωθεῖν αὐτὰ κάτω καὶ πέμπειν ἀφ᾽ ἑαυτῶν ὅτι τάχιστα. τούτου δὲ διὰ πάντων τῶν μορίων γενομένου τό τε τάχος ἀκολουθήσει τῆς διεξόδου καὶ τὸ μηδ᾽ ἀρχήν τινα πέψεως εἰληφέναι. ἀλλὰ τῇ μὲν τοιαύτῃ λειεντερίᾳ δήξεώς τινος αἴσθησις ἔσται. τῇ δὲ δι᾽ ἀῤῥωστίαν τῆς κατὰ γαστρὸς καὶ τὰ ἔντερα, χωρὶς ἁπάσης ἀνιαρᾶς αἰσθήσεως γίνεσθαι τὴν ὑποχώρησιν. ὑπάρχει δέ τι τοῦτο διά-

res cibariarum tranſitus. Hi enim ſunt omnium excretionum communes cauſae; quas ſi illi ſciviſſent qui primi huic affectui lienteriae nomen indiderunt, talem de ea inteſtinorum laevitate opinionem improbaſſent, ac ejus vice totius ventriculi et inteſtinorum imbecillitatem cauſam ſtatuiſſent, ob quam hae corporis partes cibis aſſumptis gravatae ipſos citiſſime propellunt. Poteſt etiam interdum quorundam humorum mordacitate et acrimonia in ſuperficie exulceratis inteſtinis haec affectio accidere, etiamſi vires ipſorum non magnopere laborent. Tum enim neceſſarium fuerit, ut permeantibus cibis partes exulceratae dolorem inferant, atque ideo deorſum illos propellant et a ſe ipſis quam citiſſime omittant, quo per omnes partes facto tanta ſequetur tranſitus celeritas, ut nullum fiet coctionis rudimentum. Verum tali lienteriae morſus cujusdam ſenſus inerit. In ea vero quae propter ventriculi et inteſtinorum imbecillitatem accidit, citra omnem doloris ſenſum fient dejectiones. Ceterum hoc non par-

φορον οὐ μικρὸν τῇ ἑτέρᾳ τῶν λειεντεριῶν. ἡ μὲν γὰρ ὑπὸ δριμέων χυμῶν ἐξεσμένης ἐπιπολῆς τῆς τε γαστρὸς ὅλης καὶ τῶν ἐντέρων γιγνομένη, εἰ μὲν ἡ κακοχυμία παύσαιτο, τάχιστα θεραπεύεται διὰ τῶν στυφόντων ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων. εἰ δ' ἐπὶ πλείονα παραμείνῃ χρόνον, εἰς δυσεντερίαν μεταπίπτει. ἡ δὲ δι' ἀῤῥωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἐπὶ δυσκρασίᾳ μὲν πάντως ἐγγίνεται, ἤτοι δ' αὐτῶν ἐστι τῶν σωμάτων διάθεσις ἕξιν ἤδη τινὰ ἔχουσα δύσλυτον ἢ διὰ χυμόν τινα περιεχόμενον ἐν τῇ κοιλίᾳ καὶ τοῖς ἐντέροις, εἷς δὲ ἐκ τούτων τῶν χυμῶν ἐστι καὶ τὸ φλέγμα. διὸ καὶ ὀξεῖαι τοῖς κάμνουσιν ἐρυγαὶ συμβαίνουσιν, ἃς ὀξυρεγμίας ὀνομάζουσι, γινομένας καὶ χωρὶς φλέγματός τινος ἐπὶ ψυχροτέρᾳ γαστρί. καί τισί γε τῶν λειεντεριῶν, ὅσαι διὰ ψυχρότητα γίνονται, συνεισβάλλουσι μὲν ὀξυρεγμίαι, περιουσῶν δὲ παύονται. κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ ὀλίγον τινὰ χρόνον ἐν τῇ γαστρὶ μένει τὰ σιτία, προϊόντος δὲ καὶ ἐπαυξανομένου τοῦ πάθους οὐδὲ τοῦτον. ἐφ' οἷς μὲν οὖν ὀλιγοχρόνιός ἐστιν ἡ μονὴ γίνεταί τις οἷον ἀρχὴ πέψεως καὶ

vum quoddam eſt utrique lienteriarum diſcrimen. Nam quae ab humorum fit acrimonia totius ventriculi et inteſtinorum abraſa ſuperficie, ſiquidem humorum pravitas ceſſaverit, adſtringentibus tum eduliis tum potibus citiſſime curatur. Si vero longiore tempore perſeveret, in dyſenteriam tranſit mutaturque. At quae propter retentricis facultatis imbecillitatem fit ab intemperie plane conciliatur, quae vel ipſorum corporum diſpoſitio eſt aliquem jam habitum ſolutu difficilem non ſequuta vel quae propter humorem aliquem in ventriculo atque inteſtinis contentum evenit, ex quibus humoribus unus eſt pituita, qua aegrotantibus acidi ructus eveniunt, quas oxyregmias appellitant, etiam citra pituitae cujusdam conſortium ventriculo frigidiore obortas. Et ſane cum quibusdam lienteriis ex frigiditate ortum ducentibus una invadunt acidi ructus, ſed temporis progreſſu ceſſant. Nam per initia exiguo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur; procedente autem atque aucto morbo, ne hoc qui-

διὰ τοῦτο ἀποτυχία. μεμαθήκαμεν δὲ τὰς διὰ ψυχρὰν αἰτίαν ἀποτυχίας τῆς πέψεως ὀξυρεγμίαν [247] ἐργαζομένας. ἐφ᾽ οἷς δὲ οὐκ ἄρχεται πέττεσθαι τὰ σιτία τὴν ἀρχὴν, οὐδὲ μεταβολή τις αὐτῶν γίνεται κατὰ ποιότητα, ὥστε οὐδ᾽ ὀξυρεγμίαι, πλὴν εἰ μὴ φλέγμα καὶ μάλιστα ὀξὺ πλεονάζοιτο κατὰ τὴν γαστέρα. διὰ τοῦτ᾽ οὖν ὁ Ἱπποκράτης οὐχ ἁπλῶς εἶπε τὴν ὀξυρεγμίαν σημεῖον ἀγαθὸν εἶναι ταῖς λειεντερίαις, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐν ταῖς χρονίαις προσέθηκεν, ὡς ταῖς γε ἀρχομέναις, ὡς εἴρηται, συνεισβάλλει πολλάκις, εἶτα πρόσθεν οὐ γινομένη, φησίν. ὅσαι γὰρ ὑπὸ φλέγματος καταψύξαντος τὴν γαστέρα γίγνονται λειεντερίαι, σύνεστιν αὐταῖς ἡ ὀξυρεγμία διὰ παντὸς ὥς τι σύμπτωμα. ταῖς μὲν οὖν μήτε ἀρχομέναις ἔτι μήτε διὰ φλέγμα γινομέναις οὐ σύνεστιν ὀξυρεγμία, γιγνομένη δέ ποτε σημαίνει διαμένειν μὲν τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἐν τῇ γαστρὶ τὴν τροφὴν ὡς ἀρχὴν μεταβολῆς λαμβάνειν, ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ τῶν

dem accidit. Ubi igitur in ventriculo brevis eſt cibi mora, tum quaedam fit coctionis inchoatio, proindeque ejusdem fruſtratio. Nos autem a frigida cauſa profectas coctionis fruſtrationes ructus acidos gignere didicimus. In quibus autem per initia cibi nullum ſubeunt coctionis rudimentum, nulla quoque fit ipſorum ſecundum qualitatem mutatio, ac proinde neque ructus acidus, niſi pituita eaque potiſſimum in ventriculo exuberet. Propterea Hippocrates in lienteriis acidum ructum bonum ſignum eſſe non abſolute pronunciavit, verum primum in diuturnis addidit: nam quum incipientibus, ut dictum eſt, ſaepe ſimul acidi ructus oboriuntur, deinde qui prius, inquit, non extiterunt. Quae namque a pituita ventriculum refrigerante fiunt lienteriae, ſemper cum ipſis tanquam ſymptoma quoddam oxyregmia eſt. Cum illis igitur quae neque etiamnum incipiunt, neque a pituita procreantur, non ſunt acidi ructus. Si quando vero fiant, tantum jam temporis cibum in ventriculo permanere, quoad mutationis principium conſequantur et naturam ſuorum ope-

οἰκείων ἔργων τὴν φύσιν. ἐμοὶ μὲν ἱκανῶς, ὡς νομίζω, πεπλήρωται τὰ τῆς ἐξηγήσεως. εἰ δέ τις ἐπιστημονικῶς ἐκμαθεῖν βούλεται τὰ κεφάλαια τῶν εἰρημένων, ἐν μὲν τῇ τῶν φυσικῶν δυνάμεων πραγματείᾳ περὶ τῶν τῆς γαστρὸς ἔχει δυνάμεων ἀποδείξεις οὐκ ὀλίγας, ἐν δὲ ταῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις περὶ τῶν ταχέως ἀποκρινομένων ἁπάντων. ἐπεὶ δ' Ἐρασίστρατος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κοιλίας κατεψεύσατό τε τῶν ἑαυτοῦ πρεσβυτέρων, ἐτάραξέ τε καὶ συνέχει τὴν ἔννοιαν τῆς λειεντερίας, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ καὶ ταῦτα προσθεῖναι, καὶ πρῶτά γε αὐτὴν τὴν Ἐρασιστράτου παραγράψαι ῥῆσιν ἔχουσαν οὕτως· περὶ δὲ τῆς καλουμένης λειεντερίας ῥητέον. οἱ μὲν οὖν πρότερον ἰατροὶ εἰς τρία μέρη διῄρουν τὸ πάθος, λειεντερίαν, δυσεντερίαν, τεινεσμόν. καί τινες μὲν ἐν τοῖς ἐκκρινομένοις τὰς διαφορὰς τοῦ πάθους θεωροῦντες καὶ λέγοντες. ὅτε μὲν γὰρ αἱματώδη τε καὶ μυξώδη προχωροίη τὰ ἀπὸ τῆς κοιλίας, τότε μὲν δυσεντερίαν τὸ πάθος ἐκάλουν. εἰ δ' ἄπεπτα εἶεν τὰ διαχωρούμενα, μεμιγμένα δὲ τοῖς αἱματώδεσί τε καὶ μυξώδεσι, λειεν-

rum reminifci fignificabit. Atque mihi videor quae ad textus explicationem fpectant, ea fatis expleviffe. Si quis autem eorum quae dicta funt capita fcienter difcere velit, is in opere de naturalibus facultatibus et in libris de fymptomatum caufis omnium quae celeriter excernuntur explicatas caufas habet. Quoniam vero Erafiftratus fecundo de ventriculo fuperiorum medicorum auctoritatem ementitus eft ac de lienteria notionem turbavit confuditque, melius effe mihi vifum eft haec etiam fuperaddere, ac primum ipfius Erafiftrati textum ita fe habentem fubfcribere: *de lienteria vocata dicendum eft, fuperiores enim medici inteftinorum affectum in tres partes divifeunt, lienteriam, dyfenteriam et tenefmum. Atque ex his nonnulli in ipfis excretis morbis differentias fpectantes dicunt. Quum enim ex alvo et cruenta et mucofa prodeunt, tum hunc affectum dyfenteriam vocabant; fi vero quae excernuntur, cruda fuerint, fed cruentis et mucofis permixta lienteriam, quum vero biliofa fanguinolentis atque*

τερίαν, ὅτε δὲ ὑπίῃ χολώδεα τοῖς αἱματώδεσι καὶ μυξώδεσι μεμιγμένα, τεινεσμὸν προσηγόρευον τὸ πάθος. ταυτὶ μὲν οὖν ὁ Ἐρασίστρατος εἶπεν, οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτῷ προσθεὶς τοῖς ἀπέπτοις διαχωρήμασιν αἱματώδη τε καὶ μυξώδη. τοῦτο γὰρ οὐδεὶς προσέθηκεν οὔτε τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν αὐτῷ γεγονότων χρόνων ἐπιφανεστάτων, οἷον Φιλότιμος, Ἡρόφιλος, Εὔδημος, οὔτε τῶν μετ᾽ αὐτὸν γενομένων τις ἄχρι τῶν νεωτέρων τούτων τῶν περὶ τὸν Ἀρχιγένην, οὐ μὴν οὐδ᾽, ὡς αὐτὸς εἶπεν, οἱ πρότεροι ἰατροὶ, τουτέστιν ὅσοι πρεσβύτεροι τῶν Ἐρασιστράτου χρόνων. Διοκλῆς μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ πάθους αἰτίας θεραπείας βιβλίῳ ταῦτα γράφει· τὸ δὲ τρίτον γίνεται μὲν ὡς τὰ πολλὰ ἐκ δυσεντερίας, καλεῖται δὲ λειεντερία. ἕπεται δ᾽ αὐτῇ καὶ διαχώρησις ὑγρὰ καὶ ἀφρίζουσα καὶ ὠμὴ καὶ πολλὴ καὶ ταχεῖα μετὰ τὸ πιεῖν καὶ φαγεῖν. Πραξαγόρας δ᾽ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν συνεδρευόντων· τοῖς δὲ λειεντερικοῖς, φησὶν, ἐπειδὴ ὄλισθον ἔχει τὸ ἔντερον καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ περὶ τὴν νῆστιν, ἀνάγκη ταχέως φέρεσθαι τὰ ἀπὸ τῶν σιτίων διαχωρήματα. εἶθ᾽ ἑξῆς ὅτι τοῖς ταχέως διεξερχομένοις ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀπέ-

mucofis permixta fubeunt, tenefmum affectum appellabant. Haec igitur Erafiftratus protulit, nefcio qua ductus opinione crudis dejectionibus mucofa et cruenta addiderit. Hoc enim nullus appofuit, neque eorum qui iisdem temporibus claruerunt medici, quales Philotimus, Herophilus et Eudemus, neque eorum qui pofteri adufque recentiores iftos Archigenis fectatores extiterunt, fed nec quod ipfe dicit medicorum fuperiorum, hoc eft eorum qui ante Erafiftrati feculum fuerunt, ullus affirmavit. Diocles fiquidem in libro de caufae morbi curatione haec fcribit: *tertium morbi genus plerumque dyfenteriam excipit, vocatur autem lienteria, quam fequitur humida, fpumans, cruda, multa et cita ab adfumpto cibo ac potu dejectio.* Praxagoras autem fecundo de fignis adfidentibus inquit: *lientericis quia lubrica funt inteftina, inprimisque jejunum, cito ferri neceffario ciborum dejectiones.* Praeterea

Ed. Chart. IX. [247. 248.] Ed. Baf. V. (301. 302.)

πτοις εἶναι παν- [248] τάπασιν, ὁ Πραξαγόρας γράφει· τὸ μὲν ἰδιαίτατον τοῦ πάθους ἐν τῇ ταχείᾳ διεξόδῳ τιθέμενος, τὸ δὲ μὴ πέπτεσθαι τῶν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθούντων τι ποιούμενος. οὐ γὰρ ὅτι παντάπασιν ἄπεπτα μένει τὰ σιτία, διὰ τοῦτ᾽ ἐκκρίνεται ταχέως, ἀλλ᾽ ὅτι ταχέως ἐκκρίνεται, διὰ τοῦτο οὐδ᾽ ὅλως πέπτεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν τα- (302) χεῖαν διέξοδον ἀπέπτων παντάπασι τῶν σιτίων φαμὲν εἶναι τὴν λειεντερίαν. οὕτως δὲ περὶ αὐτῆς ἐοίκασι γινώσκειν καὶ ἄλλοι παλαιοί. ἐν μὲν γὰρ τῷ περὶ παθῶν Ἱπποκράτους, εἴτ᾽ οὖν αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐστὶ τὸ βιβλίον εἴτε Πολύβου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, ταυτὶ γέγραπται περὶ τῆς λειεντερίας· τὰ σιτία διαχωρέει ἄσηπτα, ὑγρὰ, ὀδύνη οὐ κινέει, λεπτύνεται δὲ τὸ σῶμα. δηλονότι παλαιά τις ἦν συνήθεια τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἄσηπτα καλεῖν ἅπερ ἡμεῖς ἄπεπτα λέγομεν. ἐν δὲ τῷ διαιτητικῷ τῷ ὑγιεινῷ, τῷ Ἱποκράτει μὲν ἐπιγεγραμμένῳ καὶ αὐτῷ, τοῖς δ᾽ ἀπο-

Praxagoras deinceps fcribit: *cibaria quae cito permeant, omnino cruda effe oportere;* qui maximam affectionis proprietatem in celeri dejectionum transitu ftatuit et quod cibi coctionis expertes permaneant, quiddam eorum efficit quae neceffario confequutur. Non enim certe quia omnino crudi permanent, propterea cito dejiciuntur, fed quia confeftim excernuntur, nullam propterea coctionem fubeunt. Quamobrem tum nos, tum alii medici plerique lienteriam definimus citam effe ciborum nullam prorfus coctionem habentium pervafionem. Sic de ipfa veteres quoque medici fentire videntur: nam in libro Hippocratis de morbis, five ipfius fit Hippocratis liber five Polybi ejus difcipuli, haec de lienteria fcripta funt: *cibaria dejiciuntur imputrida, humida, dolorem non concitantia, corpus autem extenuatur.* Nimirum hifce viris fuit confuetudo jam olim recepta appellandi imputrida quae nos cruda et coctionis expertia vocamus. In libro quoque de victu falubri, qui et ipfe Hippocrati adfcribitur, licet qui

ξενοῦσιν αὐτὸ, τισὶ μὲν εἰς Φιλιστίωνα, τισὶ δ' εἰς Ἀρίστωνα, τισὶ δ' εἰς Φερεκύδην ἀναφέρουσι, γέγραπται ταυτί. πάσχουσι δέ τινες καὶ τοιαῦτα διαχωρέει αὐτοῖς τὸ σιτίον ὑγρὸν ἄπεπτον, οὐ διὰ νόσημα, οἷον λειεντερίαν, οὐδὲ πόνον οὐδένα παρέχει. οὗτοι μὲν οὖν οἱ ἄνδρες ἅπαντες Ἐρασιστράτου πρεσβύτεροι, μυρίοι δ', ὡς ἔφην, ἄλλοι πάντες κατ' αὐτὸν τὸν Ἐρασίστρατον ὕστεροι γεγονότες ὡσαύτως τοῖσδε περὶ τῆς λειεντερίας ἔγραψαν, ὥστ' οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν Ἐρασίστρατος καταψεύδεται τῶν πρεσβυτέρων αἱματώδη καὶ μυξώδη τοῖς ἀπέπτοις μεμίχθαι λέγων ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς ἐν ταῖς λειεντερίαις.

β'.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον, οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

---

adulterinum cenſent, nonnulli ad Ariſtonem, nonnulli ad Philiſtionem, quidam ad Pherecydem referant, haec ſcriptis patent: *Haec nonnulli patiuntur: cibus eis dejicitur humidus, non coctus, non propter morbum, verbi gratia, lienteriam, neque aliquem dolorem affert.* Hi quidem viri omnes Eraſiſtrato ſunt ſeniores, milleque alii, ut dixi, tum qui Eraſiſtrati aetate floruerunt, tum qui poſt eum fuerunt, in eandem omnes ſententiam de lienteria ſcripſerunt. Quare quod Eraſiſtrato in mentem venerit neſcio, ut de majoribus mentiretur, dum in levitate inteſtinorum cruenta et mucoſa cibis non coctis permiſceri ſententiam eorum eſſe praedicat.

II.

Quibus nares humidiores natura ſunt et humidior genitura, ii morboſiore ſunt valetudine; at quibus contraria ſunt, ſalubriore.

Ἐν μὲν ταῖς ξηροτέραις φύσει κράσεσιν οὐδὲν ὅλως ἐρεῖ διὰ τῶν ῥινῶν ἐξ ἐγκεφάλου περίττωμα σαφὲς οὐδ' αἰσθητὸν, ὥσπερ οὐδὲ διὰ τοῦ δέρματος ἱδρὼς, ἀλλ' ἡ καλουμένη πρὸς τῶν ἰατρῶν ἄδηλος διαπνοὴ τὰ λελεπτυσμένα τῶν περιττωμάτων ἀτμοειδῶς ἐκκενοῖ. ταῖς δ' ὑγροτέραις φύσεσιν αἰσθητὰ γίνεται περιττώματα καὶ μάλιστα κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ὅτι φύσει ψυχρότερός ἐστι. ταῖς δ' αὐταῖς ταύταις καὶ τὴν γονὴν, τουτέστι τὸ σπέρμα, γίνεσθαί φησιν ὑγροτέραν ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ξηροτέραις ἀναλισκομένης τῆς ὑδατώδους ὑ- [249] γρότητος, παχύτερόν τε καὶ ξηρότερόν ἐστι τὸ σπέρμα. τοὺς οὖν ὑγροτέρους, εἴτ' οὖν μόνον τὸν ἐγκέφαλον εἴτε καὶ τὸ σύμπαν σῶμα τὴν ὑγιεινὴν διαγωγὴν οὐκ ἄμεμπτον ἔχειν συμβέβηκεν, ἀλλὰ καταῤῥοις τε συνεχῶς ἐπὶ σμικραῖς αἰτίαις ἁλίσκεσθαι, κἂν δι' ὑπερώας αὐτοῖς κάτω ῥέπῃ τὸ περίττωμα, κακοῦσθαι τὰ ὑποκείμενα φάρυγγα καὶ λάρυγγα καὶ τραχεῖαν ἀρτηρίαν καὶ πνεύμονα καὶ στόμαχον καὶ γαστέρα καὶ βῆχάς τε αὐτοῖς γίνεσθαι καὶ δυσπνοίας καὶ συνάγχας, ἀπεψίας τε καὶ διαῤῥοίας.

Siccioribus natura temperamentis nullum e cerebro per nares manifeftum aut fenfibile excrementum effluit, quemadmodum neque per cutem fudor, fed quae abdita medicis cutis perfpiratio vocata extenuata excrementa vaporis inftar evacuat. Humidioribus vero naturis fenfibilia fiunt excrementa praefertimque cerebri, quod natura fit frigidius, his ipfis genituram, hoc eft femen ipfum, humidiorem effe pronunciat, ut ficcioribus aquofa humiditate exhaufta tum craffius tum ficcius femen eft. Qui igitur five folo cerebro five universo corpore funt humidiores, hi falubrem vitae ftatum ac illaefum habere nequeunt; verum continuo catarrhis leves ob caufas corripiuntur. Quod fi per palatum ipfis deorfum redundans humor feratur, fubjectas partes male affici neceffe eft, fauces, guttur, afperam arteriam, pulmonem, ftomachum et ventrem, tuffes etiam ipfis oboriri, dyfpnoeas, anginas,

ἔστι δ' ὅτε καὶ δυσεντερίας, ὅταν ἁλμυρώτερόν πως γένηται τὸ καταῤῥέον, ἀναγκαῖόν ἐστιν. εἴρηται δ' αὐτῷ κἀν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων βιβλίῳ περὶ τούτων, ὥσπερ γε κἀν τοῖς περὶ νούσων τε καὶ παθῶν.

γ'.

Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι κακὸν, καὶ ξὺν πυρετῷ κάκιον.

Αἱ δυσεντερίαι γίνονται μὲν ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἑλκώσεις δ' εἰσὶν ἐντέρων, ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπιπολῆς ξυομένων, τῷ χρόνῳ δὲ βαθύτερα καὶ σηπεδονώδη τοὐπίπαν ἰσχόντων τὰ ἕλκη, καθ' ὃν μάλιστα χρόνον ἡ γαστὴρ αὐτοῖς συμπάσχουσα βλάπτεται περὶ τὰς πέψεις. ἐπανιούσης δ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἀνωτέρω τῆς κακώσεως, ἐπειδὰν καὶ τὸ στόμα συμπάθῃ τῆς κοιλίας, ἀπόσιτοι γίνονται, τουτέστιν ἀνόρεκτοι. γίγνονται μὲν γὰρ ἐνίοτε καὶ κατ' ἀρχὰς ἀπόσιτοι διὰ τοὺς συῤῥέοντας ἰχῶρας ἐξ ἥπατος, ἐφ' ὧν ἔφαμεν ἐξύσθαι τὰ

cruditates, diarrhoeas, interdum etiam dyſenterias, quum deſtillans humor ſalſior quodammodo fuerit. Porro de his ipſis egit libro de aëre, locis et aquis, quemadmodum et libris de morbis et affectibus.

III.

In longis dyſenteriis cibi faſtidia malum et cum febre pejus denunciant.

Dyſenteriae exulcerationes ſunt inteſtinorum ab acutis humoribus factae. Nam initio abraditur extima eorum ſuperficies; deinde temporis ſpatio profundiora et putria habent ulcera, quo maxime tempore ventriculi per conſenſum affecti coctione laeduntur, qua noxa magis ac magis ſemper ſurſum evecta ſimul ventriculi os eſt affectum, cibos faſtidiunt, hoc eſt non appetunt. Nam per initia etiam interdum cibum averſantur propter defluentes ab hepate ichoras, a quibus inteſtina abradi dicebamus,

ἔντερα καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ὦσιν οὗτοι πικρόχολοι, μέρος γὰρ αὐτῶν ἐπιπολάζον ἀναφέρεται πρὸς τὸ στόμα τῆς γαστρός. κατὰ δὲ τὰς χρονίας δυσεντερίας, ὅταν ἐπιγένηται τοῦτο τὸ σύμπτωμα, νέκρωσιν ἤδη τινὰ σημαίνει γεγονέναι τῇ γαστρὶ κατὰ συμπάθειαν, ἐφ᾽ ᾗ τελέως ἀπολωλεκέναι ἀναγκαῖον τὸ εἰς τὴν ζωὴν ἔργον. εἰ δ᾽ ἅμα τῇ ἀνορεξίᾳ καὶ πυρετὸς ἐπιγένοιτο τῇ δυσεντερίᾳ, δυοῖν θάτερον, ἢ σηπεδών τίς ἐστι περὶ τὰ ἕλκη, ἢ ἀξιόλογος φλεγμονή· καὶ οὕτως, ὡς εἴρηται, συμπασχούσης ὅλης αὐτῆς ἤδη τῆς γαστρὸς ὀλεθρίως ἔχουσιν οἱ κάμνοντες.

δ΄.

Τὰ περιμάδηρα ἕλκεα κακοήθεα.

[250] Ὅταν ἤτοι τὰς τρίχας ἐκπιπτούσας ἴδῃς τῶν περικειμένων τῷ ἕλκει χωρίων ἢ καὶ τὸ δέρμα λεπίδας ἐπιπολῆς ἀφιὲν, ἴσθι τοῖς οὕτως ἔχουσι μοχθηροὺς χυμοὺς ἐπιῤῥεῖν τῷ μέρει ἀκριβῶς ἀναβιβρώσκοντας τὸ ἕλκος. οὐ

ſi praeſertim hi picrocholi fuerint: nam eorum pars ſupernatans ad os ventriculi effertur. Longis vero dyſenteriis quum hoc ſymptoma ſupervenerit, quandam jam per conſenſum ventriculo mortificationem adveniſſe indicat, qua appetentiam aboleri prorſus neceſſe eſt opus ad vitam neceſſarium. Si vero una cum inappetentia dyſenteriae febris acceſſerit, ex duabus altera, vel aliqua ulcerum putredo vel ingens inflammatio adeſt, atque ita, ut dictum eſt, toto per conſenſum ventre affecto, pernicioſe habent aegroti.

IV.

Circumglabra ulcera maligna ſunt.

Quum vel pilos a circumjectis ulceri regionibus defluere vel cutem ſquamulas e ſumma parte amittere videris, ſcito qui ita ſe habent, iis pravos humores in partem affluere; qui vehementer ulcus erodunt. Non enim

γὰρ δήπου τὰς μὲν ῥίζας τῶν τριχῶν διαφθείρειν δύναται, τὸ δ' ἡλκωμένον ἐᾶν συνεπουλοῦσθαι.

ε'.

Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ ἐν στήθεσι καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν, εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον.

Καταμανθάνειν οὐ μόνον χρὴ τὸν ὀδυνώμενον τόπον ὁποῖός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέγεθος τῆς κατ' αὐτὸν ὀδύνης τηλίκον ἐστί. χρήσιμον οὖν τοῦτο πρός τε διάγνωσιν τοῦ πεπονθότος τόπου καὶ πρόγνωσιν τῶν γενησομένων περὶ τὸν κάμνοντα καὶ προσέτι τὴν τῆς θεραπείας εὕρεσιν ἐν τῇ γοῦν πλευρᾷ ὅταν ἄλγημα ᾖ μέγα, πρῶτον μὲν οὐκ ἀκίνδυνον, εἶτα καὶ θεραπείας δεήσεται πλείονος. εἰ μὲν εἰς κλεῖν ἡ ὀδύνη διατείνοι, φλεβοτομίας, εἰ δ' εἰς ὑποχόνδριον, καθάρσεως, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐδίδαξεν.

certe pilorum radices corrumpere queunt et ulceratum locum non prohibere cicatrice obduci.

V.

Dolores tum laterum tum pectoris ceterarumque partium an multum differant perdiſcendum.

Perdiſcere non modo oportet locum dolentem qualis ſit, ſed et in eo doloris magnitudinem quanta ſit. Haec autem tum ad loci affecti dignotionem, tum ad praenotionem eorum quae laboranti eventura ſunt tum praeterea ad curationis inventionem conſert. Quum ergo in latere magnus dolor fuerit, primum is eſſe non poteſt, quin membrana coſtas ſuccingens vocata patiatur; ſecundo non vacat periculo; deinde majore etiam indiget curatione. Nam ſi ad claviculam dolor porrigatur, venae ſectione utendum erit; ſi vero ad hypochondrium, purgatione, quemadmodum in libro de victu acutorum ipſe docuit.

εἰ μέντοι μέτριον εἴη τὸ ἄλγημα καὶ προσέτι μηδὲ νυγματῶδες, οἷόν περ ἦν κατὰ τὸν ὑπεζωκότα, μήτε διατεῖνον πρὸς ὑποχόνδριον ἢ κλεῖν, ἐγχωρεῖ καὶ τῶν σαρκωδῶν μορίων ἐπὶ ταῖς πλευραῖς πεπονθότων αὐτὸ γίνεσθαι καὶ διὰ τοῦτο μήτε κινδυνῶδες εἶναι μήτε μεγάλου δεῖσθαι βοηθήματος. οὕτω δὲ καὶ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ἄλλων μορίων ἐπισκεπτέον ἐστὶ τὸ μέγεθος τῆς ὀδύνης, οἷον ἐπὶ νεφρῶν, εἰ τύχοι. τοῦ σαρκώδους μὲν αὐτὸν φλεγμαίνοντος, ἔσται βαρεῖα ἡ ὀδύνη, καθάπερ αὐτὸς ἐν ἐπιδημίαις εἶπε, τὴν οἷον βάρους τινὸς ἐγκειμένου κατὰ τὸ χωρίον αἴσθησιν ἐπάγουσαν οὕτως ὀνομάσας. τῶν δ᾽ ἄλλων μερῶν τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς παθόντων ὀξεῖα ἡ ὀδύνη. λέγω δ᾽ ἄλλα μέρη τόν τε περιέχοντα χιτῶνα τούτων καὶ τὴν ἔνδον κοιλίαν καὶ τὰς εἰς αὐτὴν περαινούσης (303) ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας καὶ προσέτι τὰς ἐκφύσεις τῶν οὐρητήρων. οὕτως δ᾽ ἔχει κἀπὶ τοῦ ἥπατος, αὐτοῦ μὲν τοῦ σαρκώδους φλεγμαίνοντος ὀδύνη γίνεται βαρεῖα, [251] τοῦ δὲ περικειμένου χιτῶνος ἢ τῶν ἀγγείων ὀξεῖα, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ὀξείας ἔνδειξιν φέρει τὸ μᾶλ-

Si vero mediocris dolor extiterit et praeterea minime punctorius, qualis in membrana erat fuccingente, neque ad claviculam aut hypochondrium pertingat, tum ipfum carnofis coftarum partibus affectis fieri contingit, atque ideo neque effe periculofum, neque magno auxilio indigere. Sic et in fingulis aliis partibus doloris magnitudo confideranda eft, veluti in renibus, fi forte carnofa eorum pars inflammationem fubeat, dolor gravis erit, quemadmodum ipfe in epidemiis tradidit, ita eum dolorem appellans, qui veluti ponderis cujusdam affecto loco incumbentis fenfum invehit. Aliis vero renum partibus affectis acutus dolor cruciabit. Alias dico partes tunicam renes obtegentem, internum ventriculum et in hunc definentes tum arterias tum venas, ac praeterea ureterum exortus. Sic etiam in jecore fe res habet, parte fiquidem ejus carnofa inflammata dolor gravis oritur, obtegente vero tunica aut vafis inflammatis acutus. Atque ipfius doloris acuti indicium affert major minorve efficien-

λον καὶ ἧττον τοῦ ποιοῦντος αἰτίου. χολώδης μὲν γὰρ καὶ δριμὺς χυμὸς ἐπιτείνει τὴν ὀδύνην, οὕτω δὲ καὶ φυσῶδες πνεῦμα διέξοδον οὐκ ἔχον, ἐκλύει δὲ ὁ φλεγματώδης· οὐ μόνον δὲ ποιότητός τινος μέγεθος ὀδύνης ἔνδειξίν τινα ἡμῖν δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ ποσότητος. ἐπιτείνεται γὰρ ἑκάστου τῶν ὁτιοῦν ἐργαζομένων αἰτίων ἡ ἐνέργεια τῆς οὐσίας αὐξανομένης. εἰ μὲν οὖν τὸ μέγεθος ἑκάστης ὀδύνης ἀξιῶν ἐπισκέψασθαι τοῦτον ἔγραψε τὸν ἀφορισμὸν Ἱπποκράτης, αὐτάρκως ἐξήγημαι τὴν χρείαν αὐτοῦ· εἰ δ' οὐ μόνον τὴν κατὰ μέγεθος διὰ τῶν ὀδυνῶν ἐπισκέπτεσθαί φησι δεῖν, ἀλλ' ἔτι γενικώτερον καὶ οἷον καθολικώτερον ἐνδείκνυται, συμβουλεύων ἁπάσας τὰς ἀξιολόγους ἐν ταῖς ὀδύναις ἐπισκέπτεσθαι διαφορὰς, ἔτι μείζονα χρείαν ἐξ αὐτοῦ καρπωσόμεθα. γενήσεται γὰρ ὁ λόγος τοιοῦτος, οὐχ ἁπλῶς χρὴ σκοπεῖσθαι τὴν ὀδύνην τῶν μορίων, οὐδ' ἡγεῖσθαι τὴν αὐτὴν ἐπὶ παντὸς εἶναι διάθεσιν· οἷον εἰ ἔμπροσθεν μὲν Δίων, νυνὶ δὲ Θέων ἀλγεῖ πλευρὰν, ὑπολαμβάνειν ὡσαύτως ἔχειν αὐτοὺς,

tis caufae magnitudo. Biliofus fiquidem et acris humor dolorem intendit, ficut et fpiritus flatulentus exitum non habens, remittit pituitofus. Non folum autem qualitatis cujusdam magnitudo nobis aliquam dat doloris fignificationem, fed etiam quantitatis: intenditur enim cujusvis caufae efficientis actio aucta ejus fubftantia. Si itaque Hippocrates quia doloris magnitudinem confiderandam effe vellet, hunc aphorifmum fcripfit, fatis ipfius ufum expofuimus: fi vero non ratione magnitudinis dumtaxat dolorum differentias fpectandas effe pronunciat, fed generalius etiamnum quiddam ac veluti univerfalius indicat, qui omnes effatu dignas dolorum differentias animadvertendas effe confulit, multo etiam majorem ex ipfo utilitatis fructum percepturi fumus. Erit enim oratio hujusmodi: non fimpliciter partium dolorem confiderare oportet, neque eandem effe in omnibus affectionem arbitrari oportere, ut fi exempli gratia antea quidem Dioni, poftea vero Theoni latus doluerit, non eodem modo utrumque fe ha-

Ed. Chart. IX. [251.] Ed. Baf. V. (303.)

ἀλλὰ καταμαθητέον εἴτε μεγάλα διαφέρουσιν ἀλλήλων εἴτε παραπλήσιοί πώς εἰσι. γίνεται δὲ τοῦτο ἐκ δυοῖν καταφανὲς, ἰδέας τε τῆς ὀδύνης καὶ σφοδρότητος· ἰδέας μὲν εἰ νυγματώδης ἢ τονώδης ἢ ναρκώδης ἢ μετὰ βάρους ἐμφάσεως ἢ οἱονεὶ κεντοῦντός τινός ἢ διαβιβρώσκοντος ἢ διηνεκοῦς ἢ διάλειμμα ἔχοντος ἢ ὁμαλοῦ ἢ ἀνωμάλου τινός. κατὰ δὲ τὰς σφοδρότητας τοὺς μᾶλλόν τε καὶ ἧττον σκοπεῖν, ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἡ κατὰ μέγεθος ἐν ταῖς ὀδύναις ὠνομάζετο διαφορά. σύνηθες γάρ ἐστι τοῖς ἰατροῖς καταχρωμένοις τὸ σφοδρότερον ἅπαν ὀνομάζειν μεῖζον, εἰ καὶ μὴ ποσὸν, ἀλλὰ καὶ ποιὸν ὑπάρχει. τὸν μὲν γὰρ πυρετὸν οὐδὲ παύονται μέγαν ἢ μικρὸν ἢ μέτριον ἅπαντες ὀνομάζοντες, ἐν θερμασίᾳ τὴν ὕπαρξιν ἔχοντα. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν, εἰ καὶ τὸν σφοδρότερον πόνον μείζονα προσαγορεύουσιν. ἔτι δὲ μᾶλλον οὐδὲν θαυμαστόν ἐστιν ὅσα κεχώρισται ταῖς ἰδέαις ἀλλήλων μέγα διαφέρειν αὐτὰ λέγειν, οἷον τὸν μετὰ

bere exiſtimandum; ſed num multum inter ſe dolore differant an quodammodo exiſtant ſimiles cognoſcendum. Id vero ex duobus fit perſpicuum, doloris tum ſpecie tum vehementia. Ex ſpecie quidem, ſi punctorius, ſi tenſivus aut torpidus aut phantaſia gravis aut tanquam lancinans aut erodens aut pertundens aut continuus aut cum intermiſſione aut aequabilis aut inaequabilis. Ex vehementia etiam qui vehementior remiſſiorve ſit ſpectare oportet, quae paulo ſupra ſecundum magnitudinem in doloribus dicebatur differentia. Conſuetum enim erat medicis vocabulo abutentibus quidquid vehementius eſt majus nominare, etiam ſi id non quantum, ſed quale exiſtat. Febrem enim quae ſuam habet in calore eſſentiam, magnam aut parvam aut mediocrem omnes nominare non ceſſant. Quare mirum non eſt ſi dolorem etiam vehementiorem majorem vocitent. Imo vero magis admiratione dignum non eſt, ſi quae ſpeciebus ſeparata ſunt, ea inter ſe multum differre dicantur; veluti ſi dolorem qui ponderis cujusdam phantaſiam refert, ab eo qui lan-

βάρους ἐμφάσεως πόνον, τοῦ μετὰ τοῦ τιτρώσκεσθαι δοκεῖν ἤ τι τῶν ἄλλων πάσχειν τῶν προειρημένων.

στ'.

Τὰ νεφριτικὰ καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβύτῃσιν.

[252] *Τοῖς γέρουσι μόγις ὑγιάζεσθαί φησι, τουτέστι μετὰ πολλῆς πραγματείας καὶ χρόνου μακροῦ τὰ κατὰ νεφροὺς καὶ κύστιν, ὅτι δὴ τοὔργον αὐτῶν ἄπαυστόν ἐστιν, ἡσυχίας δὲ δεῖ τοῖς ὁτιοῦν μέλλουσι θεραπευθήσεσθαι, καὶ ὅτι περίττωμα δι' αὐτῶν κενοῦται δριμὺ παροξύνειν ἐπιτήδειον, εἴθ' ἕλκος εἴτε φλεγμονή τις ἐν αὐτοῖς εἴθ' ὁτιοῦν ἄλλο συσταίη πάθημα. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον τῶν πρεσβυτικῶν σωμάτων ἐργαδῶς ὑγιάζεται τὰ κατὰ τὴν κύστιν, ὅτι καὶ τἄλλα σύμπαντα νοσήματα καὶ μάλισθ' ὅσα ᾖ χρόνια, τὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἔφη πρόσθεν συναποθνήσκειν.*

cinare et pertundere partem, qui aliud quidpiam ex iis quae fupra dicta funt facere videtur, diverfum effe dixeris.

VI.

Renum et vefícae affectiones ac dolores fenibus operofe fanantur.

Affectus renum et vefícae fenibus vix fanari pronunciat, hoc eft multo negotio ac longo tempore. Quod certe earum partium actio irrequieta fit; quiete autem opus eft, quodcunque fanari debeat, quodque excrementum, quod per eos vacuatur, acre fit, quod irritandi five ulceris, five inflammationis, five alterius cujuspiam affectionis in ipfis confiftentis vim habet. Multo vero difficilius fanantur in fenibus vefícae affectus, quoniam alii etiam morbi omnes, praecipue longi in ipfis vix medelam admittunt: tales enim fenes ufque ad mortem comitari fupra dixit.

ζ.

Τὰ ἀλγήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα τὰ μὲν μετέωρα κουφότατα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα ἰσχυρότερα.

Μετέωρα νῦν ἀκουστέον οὐ κατὰ τὸ μῆκος τοῦ σώματος, ἀλλὰ κατὰ τὸ βάθος. ὁρίζει δὲ ταῦτα ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα χωρίων τὸ περιτόναιον· ὥσθ᾽ ὅσα μὲν ἐν τοῖς ἐπικειμένοις τῷδε γίνεται κεκλῆσθαι μετέωρα. τὰ δ᾽ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, τουτέστιν ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐντέροις καὶ τῇ γαστρὶ καὶ τὰ ἐν τῷ βάθει, ταῦτα λέγει μὴ μετέωρα. πρόδηλον δ᾽ ὅτι τὰ τοιαῦτα καλῶς κέκληκεν ἰσχυρότερα.

η.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γενόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

Ἐδίδαξεν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν οὐ πρότερον ἐπουλώμενα τὰ ἕλκη, πρὶν ἀκριβῶς ξηρανθῆναι. τοῦτο δ᾽ οὐ ῥᾳ-

VII.

Qui dolores in ventre concitantur, ſublimes quidem leviores, non ſublimes vero vehementiores.

Sublimes nunc ſecundum corporis longitudinem, ſed profunditatem intelligendi ſunt. Hos autem circumſcribit in ventris regione peritonaeum, ita ut qui in partibus hoc elatioribus fiunt, ſublimes vocentur, qui vero partibus huic ſubjacentibus, hoc eſt inteſtinis ipſis atque ventriculo et alto corpore conſiſtunt, non ſublimes dicantur. Porro liquet ejusmodi dolores vehementiores Hippocratem merito vocaſſe.

VIII.

Orta hydropicis in corpore ulcera non facile ſanantur.

Docuit ipſe libro de ulceribus non prius ad cicatricem ulcera perduci quam plane exſiccata ſint. Hoc au-

διον ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν ἐργάζεσθαι διὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς ὑγρότητος.

θ'.

[253] *Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.*

Καθάπερ τῶν φυμάτων ἁπάντων διττή τίς ἐστιν ἡ διαφορὰ, τῶν μὲν ἀνατεινομένων εἰς ὀξὺ καὶ ὑψηλῶν γινομένων, τῶν δ' ἐκτεινομένων μὲν ἐπὶ πλέονα τόπον, οὐ μὴν εἰς ὕψος αἰρομένων. οὕτως καὶ τῶν ἐξανθημάτων ἔνια μὲν ὑψηλὰ γίνεται, τινὰ δὲ πλατέα. τὰ μὲν οὖν ὑψηλότερα φύματα καὶ ἐξανθήματα θερμότερος ἐργάζεται χυμὸς, τὰ δὲ ταπεινότερα ψυχρότερος, ὥστε διὰ διττὴν τὴν αἰτίαν οὐ πάνυ τι κνησμώδεα γίνεται τὰ πλατῆ. διαπνεῖται γὰρ εἰς πλάτος ἐκτεταμένα καὶ τὸν ἐργαζόμενον αὐτὰ χυμὸν ἧττον ἔχει δριμύν.

tem in hydropicis ob humiditatis immoderationem non facile fieri.

IX.

Latae puſtulae raro pruriginoſae.

Quemadmodum tuberculorum omnium duplex eſt differentia: quaedam enim in acutum faſtigiantur et ſublimia extenduntur, non tamen in altum attolluntur: ſic et puſtularum nonnullae ſublimes acuminantur, nonnullae humiles latae fiunt. Elatiora autem tubercula ſublimioresque puſtulas calidior humor procreat, humiliora vero frigidior. Quare ob duplicem cauſam latae puſtulae non admodum pruriunt: cutis enim perſpiratu in latitudinem exhalant extenſae et efficientem ipſas humorem minus acrem obtinent.

ι.

Κεφαλὴν πονέοντι περιωδυνέοντι πῦον ἢ ὕδωρ ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας ἢ κατὰ τὰ ὦτα ἢ κατὰ τὸ στόμα λύει τὸ νόσημα.

Πολλὰ καὶ ἄλλα οὕτω δέδεικται λέγων ὁ Ἱπποκράτης, ἐφ᾽ ὧν ἐὰν μὴ προσέχῃ τις τὸν νοῦν, δοκεῖ μόνον εἶναι τὸ λεγόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ θεραπευτικὸν τοῦ πάθους, ἄλλο δὲ οὐδέν. ὁ δὲ οὐ τοῦτο μόνον φησὶν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὅτι πῦον ἢ ὕδωρ ῥυὲν, ἤτοι διὰ τῶν ὤτων ἢ τῶν ῥινῶν λύει τὸ νόσημα. καὶ εἴ γε οὕτως ἀντιστρέφων εἰρήκει, καθάπερ ἐγὼ νῦν, ἀνέγκλητος ἂν ἦν ὁ λόγος. ἐπειδὰν ἤτοι διὰ φλεγμονὴν ἢ ὑγρῶν ἀπέπτων πλῆθος ἠθροισμένον ἐν τῇ κεφαλῇ τὴν ὀδύνην συμβαίνει γίνεσθαι, τηνικαῦτα τῆς φλεγμονῆς διαπυησάσης ἢ τῆς ὑγρότητος ἐκκριθείσης λύσιν γίνεσθαι τῆς ὀδύνης. ἐὰν δὲ διὰ πνεῦμα φυσῶδες ἢ αἵματος πλῆθος ἢ

X.

Capite dolenti ac vehementer laboranti pus aut aqua aut fanguis per nares vel os vel aures effluens morbum folvit.

Plura et alia fic Hippocratem pronunciare demonftravimus, quibus nifi quis animum advertat, videatur quod ab ipfo dicitur folum et unicum effe affectionis propofitae remedium, aliud vero nullum. Verum ipfe non hoc duntaxat effe dicit, fed fimpliciter, quod pus vel aqua per aures aut nares effluens morbum folvit. Quod fi inverfo ordine dixiffet, quemadmodum ego nunc *feci*, oratio reprehenfione vacaffet. Quum vel propter inflammationem vel humorum crudorum multitudinem in capite acervatam fieri dolorem contigerit, tunc inflammatione fuppurata aut excreto humore morbi fiet folutio. Si vero propter flatulentum fpiritum aut fanguinis copiam

δάκνουσαν χολὴν ἢ ὅλως κατὰ δυσκρασίαν ἡ ὀδύνη γίνεται, δι' ἄλλων ἰαθήσεται.

ια'.

[254] *Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι ἀγαθόν.*

Οὐ τῷ τῆς κενώσεως μόνον λόγῳ αἱμοῤῥοΐδες ἰῶνται τὰ τοιαῦτα τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ποιότης τοῦ κενουμένου. παχὺ γὰρ εἰώθασιν αἱ τοιαῦται κενοῦν αἷμα μεστὸν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, παραπλησίαν ἔχοντος ἐν αἵματι δύναμιν, οἵαν περ ἐν τοῖς οἴνοις ἡ τρὺξ, ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ μελαγχολίαν καὶ νεφρῖτιν ἰᾶσθαι διὰ τῶν αἱμοῤῥοΐδων, ἐκκενοῦν πεφυκυιῶν τὴν οἷον ἰλὺν τοῦ αἵματος.

ιβ'.

(304) *Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι ἢ φθίσιν.*

aut bilem mordacem aut denique ob intemperiem dolor acciderit, per alia remedia fanabitur.

XI.

Melancholicis et nephriticis fuccedentes haemorrhoides bonum.

Non vacuationis ratione folum, fed ipfa etiam humoris vacuandi qualitate ejusmodi affectus haemorrhoides fanant. Hae namque craffum fanguinem profundere folent humoris melancholici plenum, talem in fanguine vim obtinentis, qualem in venis faex habet. Quare nihil mirum et melancholiam et nephritin per haemorrhoides curari, utpote quae fanguinis veluti faecem vacuare foleant.

XII.

Diuturnas haemorrhoides curanti, nifi una fervata fit, hydropem aut tabem fuccedere.

Τὰς αἱμοῤῥοΐδας ἀδύνατον γενέσθαι χωρὶς τοῦ διὰ πλῆθός τε καὶ πάχος αἵματος ἀναστομωθῆναί τινας φλέβας, ἀποτιθεμένου τοῦ ἥπατος εἰς αὐτὰς ἰλυῶδές τε καὶ μελαγχολικὸν αἷμα. ἐὰν οὖν ἀποκλείσῃ τις αὐτὸ τῆς ἐντεῦθεν φορᾶς, ἅμα μὲν σκιῤῥῶδες ἐργάζεται τὸ ἧπαρ, ἅμα δὲ καὶ τῷ πλήθει καὶ τῷ πάχει βαρυνόμενον ἀποσβέννυσι τὴν ἐν αὐτῷ θερμασίαν, ὁμοίου τοῦ συμβαίνοντος ὄντος τῷ κατὰ τὰς ἐκτὸς φλόγας, ὑφ᾽ ὧν κακῶς ξύλα πολλὰ σωρευθέντα πνίγει τε καὶ σβέννυσι τὸ πῦρ. εἴπερ οὖν ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας γεννᾶται τὸ αἷμα, πρόδηλον ὡς οὐκέτι γεννηθήσεται σβεννυμένης αὐτῆς, ὁ δὲ ὕδερος ἀποτυχίᾳ τῆς αἱματώσεως γίνεται. ἐὰν δέ ποτε δυνηθῇ τὸ ἧπαρ ἀπώσασθαι τὸ πλῆθος ἐπὶ τὰς ἐν τῷ πνεύμονι φλέβας, ἀγγείου ῥαγέντος ἐνταῦθα φθινώδεις γίνονται. εἰκότως οὖν συμβουλεύει κἂν μίαν φυλάττειν αἱμοῤῥοΐδα, ὡς διὰ ταύτης ἐκκενοῦσθαι τὴν ἰλυώδη κακοχυμίαν τοῦ ἥπατος καὶ μάλιστα ἐφ᾽ ὧν ἐμελέτησε χρόνῳ πλείονι διὰ τούτων ἐκκρίνειν αὐτὰς φλεβῶν.

Haemorrhoides citari eſt impoſſibile, quin propter ſanguinis multitudinem et craſſitudinem venarum ora quaedam aperiantur, jecore in ipſas faeculentum et melancholicum ſanguinem deponente. Si quis igitur ipſi viam praecluſerit, tum ſcirrhoſum ipſum effecerit, tum multitudine et craſſitie gravatum calorem in ipſo extinxerit; quum quid ſimile acciderit, quale flammis externis in quibus multa ligna ignem ſuffocant atque extinguunt. Itaque ſi a nativo calore generetur ſanguis, conſtat ipſo extincto non amplius procreatum iri. At vero hyderus procreationis ſanguinis fruſtratione oboritur. Quodſi quandoque jecur plenitudinem in pulmonis venas protendere queat, vaſe hic rupto tabidi fiunt. Ratione igitur unam ſaltem haemorrhoidem ſervandam eſſe conſulit, ut per hanc faeculenta jecoris cacochyma vacuetur, praeſertim quibus longo tempore per hujusmodi venas excerni conſuevit.

ιγ'.

[255.] Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγινόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.

Καθάπερ αὐτὸς εἶπεν ὑπὸ πληρώσεώς τε καὶ κενώσεως γίνεσθαι τὸν σπασμὸν, οὕτω καὶ τὸν λυγμόν. ὅταν οὖν ὑπὸ πληρώσεως γένηται, τοὐπίπαν δὲ οὕτω συνίσταται, βιαίας δεῖται κενώσεως, ἵν' ὥσπερ μοχλευθέντα τὰ κατὰ τούτων ὑγρὰ διαπνεύσῃ τε καὶ κενωθῇ. τοῦτο δὲ ὁ πταρμὸς ἐργάζεται· τοὺς δὲ ἐπὶ κενώσει λυγμοὺς σπανίως ἐπιγινομένους οὐκ ἰᾶται πταρμός. ὅτι δ' ἐπὶ πληρώσει συνεχῶς γίνεται λυγμὸς, ὁρᾶται κἀπὶ τῶν παιδίων λυζόντων πολλάκις, ὅταν ὑπερπλησθῇ. καὶ τὸ κρύος δὲ καὶ ψῦξις τῷ δυσδιάπνευστα ἐργάζεσθαι πάντα τὰ νευρώδη σώματα τὴν πλήρωσιν αὐτῶν ἀποτελεῖ καὶ διὰ τοῦτο λύζουσιν ἐπ' αὐτῶν.

XIII.

Singultu laboranti sternutamenta succedentia singultum solvunt.

Quemadmodum auctor convulsionem tum a plenitudine, tum vacuatione fieri docebat, ita quoque singultum accidere. Quum igitur a plenitudine, nam plerumque ita creatur, violento opus est motu, ut tanquam recte quaedam remotae humiditates ipsum efficientes perflentur vacuenturque. Hoc autem sternutatio efficit. Qui vero ob inanitionem raro fiunt singultus, eos non sanat sternutamentum. Quod autem ob plenitudinem singultus frequentes oboriatur, in pueris etiam conspicitur, qui quum se supra modum repleverint, crebro singultiant. Frigus et perfrigeratio nervosa corpora omnia aegre perspirabilia reddunt, quorum repletionem efficiunt proindeque singultus ipsis accidit.

ιδ΄.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἐν τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος λύσις.

Ἓν καὶ τοῦτό ἐστι παράδειγμα τῶν αὐτομάτων γινομένων ἐπ' ὠφελείᾳ κενώσεων· αὐτομάτων δηλονότι λεγομένων οὐ τῶν χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ χωρὶς τῆς ἐξ ἡμῶν αἰτίας. ὅταν γὰρ δόντων ὑδραγωγὸν φάρμακον ἡ τοιαύτη κένωσις γένηται, οὐκέτ' αὐτὴν ὀνομάζομεν αὐτόματον.

ιε΄.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς ἀπ' αὐτομάτου ἔμετος ἐπιγινόμενος λύει τὴν διάῤῥοιαν.

---

[256] *Ἓν καὶ τοῦτό ἐστιν ὡσαύτως παράδειγμα τῶν καλῶν ὑπὸ τῆς φύσεως γινομένων, ὃ χρὴ μιμεῖσθαι τὸν ἰατρόν. ἡ δὲ ὠφέλεια τῷ τῆς ἀντισπάσεως λόγῳ.*

XIV.

Hydrope laboranti ſi aqua ex venis in ventrem fluxerit, morbi fit ſolutio.

Hoc etiam unum eſt exemplum vacuationum quae ſponte et utiliter oboriuntur. Spontaneas autem dicimus non quae ſine cauſa, ſed ſine opera noſtra fiunt. Si namque dato medicamento aquas ducente talis facta fuerit vacuatio, non amplius ſpontaneam appellamus.

XV.

Longo alvi profluvio laboranti ſpontanea ſuccedens vomitio alvi profluvium ſolvit.

Hoc quoque ſimiliter exemplum eſt eorum quae praeclare a natura geruntur, quod medicum imitari oportet. Ejus autem utilitas revulſionis ratione aeſtimatur.

ιστ'.

Ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ διαῤῥοίη ἐπιγινομένη κακόν.

Τοῖς πάσχουσι μορίοις οὐχ ἁπλῶς ἕτερα συμπάσχειν πέφυκεν, ἀλλ' ὅταν ἐν ἰσχυρῷ γένωνται πάθει. κατὰ τοῦτ' οὖν καὶ τῷ ἥπατι παθόντι λυγμὸς μὲν ἐπιγίνεται, στομάχου συμπαθόντος, βὴξ δὲ καὶ δύσπνοια τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. οὕτω γοῦν καὶ τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις μεγάλως κακοπραγοῦσι τὸ ἧπαρ συμπάσχει, καὶ τοῦτό γε σαφῶς ἐνεδείξατο καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης οὐχ ἁπλῶς εἰπὼν ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ περιπνευμονίας ἐκταραχθεῖσαν τὴν κοιλίαν κακὸν εἶναι σημεῖον, ἀλλὰ προσθεὶς τῷ ἐχομένῳ, ὡσεὶ κατεχομένῳ καὶ βιαζομένῳ τῷ κάμνοντι πρὸς τῶν τοιούτων παθῶν, εἰρήκει τὴν διάῤῥοιαν ἐπιγινομένην κακὸν εἶναι σημεῖον, ἐπειδὴ τοῖς οὕτως ἔχουσι διάῤῥοια γίνεται, μήθ' ἕλκειν ἔτι καλῶς εἰς ἑαυτὸ τὴν τροφὴν δυναμένου τοῦ

XVI.

Pleuritide aut peripneumonia affecto diarrhoea fuccedens malum.

Partibus affectis aliae non fimpliciter confentire confueverunt, fed quum vehementi affectu detinentur. Hac itaque ratione et jecore graviter patiente fingultus quidem fupervenit per confenfum affecto ftomacho, tuffis autem et fpirandi difficultas per confenfum affectis fpirabilibus inftrumentis. Sic fane et fpirabilibus organis magnopere affectis hepar compatitur, hocque ipfum manifefte oftendit ipfe Hippocrates, quum non fimpliciter dixit: *in pleuritide aut peripneumonia turbatam et folutam alvum malum effe fignum;* fed adjecit, *affecto*, ac fi detento et talibus morbis vexato laboranti diceret diarrhoeam fupervenientem fignum effe malum, quoniam his ita affectis alvi profluvium oboritur, quum jecur non amplius ad fe

Ed. Chart. IX. [256. 257.] Ed. Baſ. V. (304.)

ἥπατος μήθ' αἱματοῦν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῆς κοιλίας διαφθειρούσης αὐτήν. ἐπὶ μέντοι μετρίᾳ πλευρίτιδί τε καὶ περιπνευμονίᾳ διάῤῥοια ἐπιγινομένη δύναταί ποτε τῷ λόγῳ τῆς κενώσεως ὠφελῆσαι καὶ μᾶλλον ὅταν φαίνηται τὰ τῆς πέψεως σημεῖα τοῖς πάθεσι παρόντα καὶ οὔτε φόβος ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀκινδύνως. κοινῇ δ' ἐπὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα κατὰ τὸν αὐτὸν λέγεται τρόπον, ἐκείνου μεμνῆσθαι προσήκει, τοῦ διὰ μηδὲν ἄλλο πρόσκαιρόν τε καὶ πρόδηλον ἐπιγεγονέναι τὸ σύμπτωμα. καθάπερ γε καὶ νῦν τὴν διάῤῥοιαν ἐξ ἐδέσματός τινος ἢ πόματος, ἀλλὰ τῷ λόγῳ τοῦ νοσήματος. ὅσα γὰρ δι' ἄλλο τι καὶ μὴ διὰ τὸ νόσημα γέγονεν, οὐ δύναται σημαίνειν αὐτοῦ τὸ ἦθος εἴ γε συνῆφθαι χρὴ κατά τι τὸ σημεῖον τῷ δηλουμένῳ πρὸ αὐτοῦ.

ιζ'.

[257] *Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι ἀγαθόν.*

attrahere alimentum, neque probe in ſanguinem convertere valeat et ventriculus etiam interdum ipſum corrumpat. Moderatae tamen pleuritidi et peripneumoniae ſuperveniens alvi ſolutio poteſt aliquando vacuationis ratio prodeſſe multoque magis poſtquam coctionis ſigna morbis ineſſe apparuerint, neque metus adeſt, ſed morbus periculo vacat. Communiter autem in his et aliis omnibus quae eodem modo efferuntur, exceptionis hujus meminiſſe decet, dum modo nulla alia extemporali et manifeſta occaſione acciderit ejusmodi ſymptoma, veluti ſi nunc diarrhoea ex cibo aut potu aliquo ſit orta, ſed morbi ratione intervenerit. Nam quae alia ex cauſa et non vi morbi eveniunt, ipſius mortem ſignificare nequeunt, ſignum ſiquidem in aliquo cum re ſignificata conjunctum eſſe oportet.

XVII.

Ophthalmia laborantem diarrhoea corripi bonum.

Οὐχ ὡς σημεῖον τοῦτο τῶν ὀφθαλμιώντων ἀγαθὸν, ἀλλ' ὡς αἴτιον παρ' αὐτοῦ εἴρηται, διὰ τὸ τὴν πλεονεξίαν τῶν χυμῶν ἐκκενοῦν τε ἅμα καὶ ἀντισπᾷν κάτω. ἔστι δ' αὐτῷ καὶ τοῦτο παράδειγμα ἓν τῶν αὐτομάτως ἐπ' ὠφελείᾳ κενουμένων, ἃ χρὴ τὸν ἰατρὸν μιμεῖσθαι, ἀμέλει καὶ ποιοῦσιν οὕτω πάντες ἐν ὀφθαλμίαις, τὴν γαστέρα διά τε κλυστήρων καὶ καθάρσεων ὑπάγοντες.

ιη'.

Κύστιν διακοπέντι ἢ ἐγκέφαλον ἢ καρδίην ἢ φρένας ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν ἢ κοιλίην ἢ ἧπαρ θανατῶδες.

Τὸ θανατῶδες ὄνομα πολλάκις εἴρηται ἔν ἄλλοις τε καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ βιβλίον, ἐπὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης τεθνηξομένων, πολλάκις δὲ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. διὸ καὶ νῦν ἄδηλόν ἐστιν εἴτε πάντως ἀποφαίνεται θάνατον ἕπεσθαι ταῖς τῶν εἰρημένων μορίων διακοπαῖς, εἴτ' ἐπί τινων ἐγχω-

Hoc non tanquam bonum ophthalmia laborantibus signum, sed ut causa ab eo pronunciatur, quod humorum redundantia simul vacuetur et ad inferiora revellatur. Quod unum ipsi quoque exemplum est eorum quae sponte et utiliter vacuantur et quae medicum imitari oportet; nimirum ita omnes faciunt qui in ophthalmiis alvum tum clysteribus tum purgationibus subducunt.

XVIII.

Cui praecisa vesica fuerit aut cerebrum aut cor aut septum transversum aut tenue quoddam intestinum aut ventriculus aut jecur, letale est.

Nomen letale tum aliis in libris tum hoc ipso saepe de iis qui ex necessitate interituri sunt, saepe etiam de iis qui plerumque, protulit. Quare nunc abditum est, utrum dictarum partium praecisiones omnino mortem sequi velit innuere, an in quibusdam raro hominem servari

Ed. Chart. IX. [257. 258.] Ed. Baf. V. (304. 305.)

ρεῖ σωθῆναι σπανίως τὸν ἄνθρωπον. ὅτι μὲν οὖν ἡ τῆς καρδίας τρῶσις ἐπιφέρει θάνατον ἐξ ἀνάγκης ἕν τι τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶν, οὐ μὴν ἐπί γε τῶν ἄλλων ὡμολόγηται πᾶσα τρῶσις ἄφυκτον ἔχειν τὸν θάνατον, ἀλλ' ἡ μεγάλη τε καὶ μέχρι πάθους, ὅπερ εἰκός ἐστι σημαίνεσθαι πρὸς τῆς διακοπέντι φωνῆς, ἵνα ὅ τε τῆς κύστεως χιτὼν ὅλως διακοπῇ μέχρι τῆς ἐντὸς εὐρυχωρίας, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς κύστεως ὡμολόγηται τὸ μὴ συμφύεσθαι τὴν τοιαύτην τρῶσιν, ὥσπερ γε καὶ τοῦ νευρώδους (305) τῶν φρενῶν καὶ τῶν λεπτῶν ἐντέρων. ἐπὶ δὲ τῆς κοιλίας ἀμφισβη- [258] τεῖται. τινὲς γὰρ σεσῶσθαί φασιν ἐπ' αὐτῇ σπανίως τοὺς τρωθέντας. ἥπατος δὲ οὐ μόνον τρῶσιν βαθεῖαν ἐπὶ τῶν λοβῶν γινομένην θεραπεύεσθαί φασιν, ἀλλὰ καὶ λοβὸν ἀποτμηθέντα. ἴσμεν δ' ὅτι κἂν τῷ περὶ τῶν ὀλεθρίων τραυμάτων ἔνια τῶν εἰρημένων ἐπιχειρεῖ θεραπεύειν ὁ γράψας τὸ βιβλίον. τό γε μὴν ἀκόλλητον μένειν τὴν διακοπὴν αὐτῶν, ἐπὶ μὲν τῆς καρδίας τε καὶ τοῦ διαφράγματος ἐκ τῆς διηνεκοῦς τῶν μορίων γίνεται

contingat. Quod itaque cordis vulnus mortem neceſſario afferat ex iis quae ab omnibus conceduntur unum eſt; non tamen ab aliis conceſſum eſt quodcunque vulnus mortem invehere, ſed quod magnum atque profundum eſt, quod conſentaneum eſt per dictionem *praeciſa* ſignificari: ut tota veſicae tunica diviſa ad internam uſque capacitatem pertuſa atque aliorum unumquodque ſimiliter diviſum intelligatur. In veſica ſiquidem conceſſum eſt tale vulnus non coaleſcere, ut nec in parte etiam ſepti transverſi nervoſa ac tenuibus inteſtinis. De ventriculo vero dubitatur. Quosdam enim in eo vulneratos dicunt, aliquando, ſed raro fuiſſe ſanatos. At vero non vulnus ſolum in jecoris fibris acceptum, ſed fibram etiam abſciſſam ſanatam fuiſſe proferunt. Scimus autem libro de vulneribus exitioſis inſcripto, ex his quaedam ejus libri auctorem curare aggredi. Quod vero earum partium diacope inglutinata maneat, in corde quidem ac ſepto transverſo fit

κινήσεως, ἐπὶ δὲ τῆς κύστεως ὅτι νευρώδης καὶ λεπτὴ καὶ ἄναιμος ἀμέλει καὶ τὸν τράχηλον αὐτῆς ὁρῶμεν ὁσημέραι θεραπευόμενον ἐν ταῖς λιθοτομίαις, ἐπειδὴ σαρκώδης ἐστί. τὸ δ' ἧπαρ αἱμοῤῥαγικὰς ἔχει τὰς τρώσεις, καὶ διὰ τοῦτο ἀποθνήσκειν φθάνουσιν οἱ τρωθέντες οὕτως, πρὶν αὐτὸ κολληθῆναι. τὸ δ' οὕτως εἶπον, ἵνα καὶ φλέψ τις διακοπῇ, διὰ τοῦτ' οὖν οὔτε οἱ τὰς ἐπιπολῆς αὐτοῦ τρώσεις ἰᾶσθαι λέγοντες οὔτε οἱ τοὺς λοβοὺς ἀφῃρηκέναι δοκοῦσιν ἀληθεύειν. ἐγκέφαλον δὲ τρωθέντα πολλάκις εἴδομεν ἰαθέντα καὶ ἅπαξ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἰωνίαν Σμύρνῃ, ἔτι γε τοῦ διδασκάλου Πέλοπος ζῶντος, ἐπ' ἀξιολόγῳ τῇ τρώσει. τουτὶ μὲν οὖν τῶν πάνυ σπανίων ἐστὶν, ἀληθὲς δὲ τὸ τὰς μεγάλας τρώσεις οἵας περ ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν διακοπὰς ἐπιφέρειν θάνατον. αἵ γε μὴν ἄχρι τινὸς τῶν ἐν αυτῷ κοιλιῶν τρώσεις ὁμολογοῦνται πᾶσι θάνατον ἐπιφέρειν. ἡ δὲ τῶν λεπτῶν ἐντέρων φύσις καὶ μᾶλλόν γε ἡ τῆς κοιλίας οὐκ ὀλίγον μετέχει τῆς σαρκώδους οὐσίας, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιπολῆς

ob perpetuum eorum motum; in vefica vero quia nervofa, tenuis et exfanguis exiftit. Nam ipfam cervicem, quod carnofa fit, in calculorum extractione quotidie fanari confpicimus. Hepar vero fauciatum vulnerationes habet haemorrhoicas atque idcirco prius moriuntur qui ita vulnerati funt quam vulnera conglutinari queant. Hoc autem ita dixi ut perfectam venam etiam effe intelligatur. Ea re igitur nec qui minime fuperficiaria jecoris vulnera fe curaffe, nec qui ejus lobos abftuliffe proferunt, veritatem proferre videntur. Vulneratum autem cerebrum faepe fanatum vidimus femelque Smyrnae Joniae, vivente adhuc praeceptore Pelope, ex infigni vulnere. At id ex iis eft quae rariffime eveniunt, verum autem eft magnas vulnerationes, quales Hippocrates diacopas appellare videtur, mortem afferre; quae tamen adufque aliquem ventriculum cerebri vulnera penetrant, interitum invehere concedunt omnes. Tenuium autem inteftinorum et ventriculi magis natura carnofae fubftantiae non parum par-

μὲν τρωθέντα κολλᾶται πολλάκις, ὅλα δὲ διακοπέντα μέχρι τῆς ἔσω κοιλίας ἐν τῷ σπανιωτάτῳ. οὐ τοῦτο δέ μοι δοκεῖ διὰ τὴν οὐσίαν αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι φάρμακον ἐπιθεῖναι, καθάπερ τοῖς ἔξω τραύμασιν οὐ δυνάμεθα. διὸ καὶ διὰ τῶν καταπινομένων ἐπιχειρεῖ θεραπεύειν τὴν κοιλίαν ὁ περὶ τῶν ὀλεθρίων τραυμάτων γράψας, εἴτ' αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἴτ' ἄλλος τις ἕτερος.

ιθ'.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον ἢ χόνδρος ἢ νεῦρον ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται οὔτε συμφύεται.

Αὔξεσθαι μὲν γὰρ λέγει τὸ γεννᾶσθαί τινα ἑτέραν οὐσίαν τοιαύτην, οἵα τοῦ διακοπέντος ἐστὶν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν ὁρᾶται σὰρξ βλαστάνουσα, συμφύεσθαι δὲ ὅταν τοῦ διακοπέντος σώματος τὰ χείλη κολληθῇ. τὸ μὲν οὖν μὴ γεννᾶσθαι χόνδρον ἢ ὀστοῦν [259] ὡμολόγηται,

ticipat, atque ideo fumma parte vulnerata faepius agglutinantur; tota vero perfecta ad eorum cavitatem usque rariffime. Hoc autem mea quidem fententia propter eorum fubftantiam accidere non videtur, fed quia medicamentum ipfis internis, ut externis vulneribus imponere non poffumus. Quapropter per affumpta vulneratum ventriculum auctor libri de vulneribus exitiofis infcripti, five Hippocrates is fuerit five alius quispiam, curare aggreditur.

XIX.

Quum os perfectum fuerit aut cartilago aut nervus aut tenuis genae particula aut praeputium, neque augefcit, neque coalefcit.

Ἤτοι διὰ ξηρότητα τῶν βλεφάρων ἢ διὰ τῆς κενούσης αὐτὰ δυνάμεως ἀσθένειαν ὑποφαίνεταί τι τοῦ λευκοῦ, μὴ δυναμένων ἀκριβῶς κλείεσθαι τῶν ὀφθαλμῶν. διὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ κατὰ τὰς διαῤῥοίας τῆς φαρμακοποσίας, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὰς καθαιρόντων φαρμάκων πόσεις, ὑποφαίνεταί τι τοῦ λευκοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, ὅταν ὑπνοῦντες τύχωσι. ξηραίνεται γὰρ ἅπαν τὸ σῶμα καὶ ἡ δύναμις ἀσθενὴς γίνεται κατὰ τὰς τοιαύτας κενώσεις. ἐπισυμβαίνει δὲ

vero partes diuturnos fimul et vehementes morbos non ferunt, ut faepe a nobis oftenfum eft.

LII.

Quae per fomnos in oculis fubapparent, etiam fpectanda funt. Si quid enim albi non commiffis palpebris fubappareat, neque id ex diarrhoea aut medicamenti potione contingat, pravum fignum eft et admodum letale.

Aut ob palpebrarum ficcitatem aut propter facultatis ipfas moventis imbecillitatem aliquid fubapparet in oculis integre claudi non valentibus. Ob hanc enim caufam alvi etiam profluviis et medicamentorum purgantium potionibus de oculorum albo aliquid confpicitur, quum dormiunt. Totum enim corpus exficcatur ac talibus vacuationibus vires imbecilles redduntur. Amplius autem ficcitas palpebris fubfidet quod hae natura ficcae. Quemad-

Ed. Chart. IX. [285.] Ed. Bas. V. (314.)

πλεῖον ἐν τοῖς βλεφάροις ἡ ξηρότης, ὅτι φύσει ξηρά. καθάπερ οὖν αἱ βύρσαι ξηρανθεῖσαι δυσεπέκταντοι γίνονται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ τοιαῦτα μόρια. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅτι καμνούσης τῆς δυνάμεως, οὐ μόνον ἀδυνατοῦσιν ἀκριβῶς κλείειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα καὶ διὰ τοῦτο κοιμῶνται χάσκοντες εὔδηλον ἅπαντι τῷ γε προσέχειν βουληθέντι τῇ φύσει τοῦ πράγματος τὸν νοῦν.

νγ'.

Αἱ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι.

Οὐδεμία μὲν ἀσφαλής ἐστι παραφροσύνη, σφαλεραὶ δ' ἧττον αἱ μετὰ γέλωτος, ὡς αἵ γε θρασεῖαι, καθάπερ αὐτὸς ὀνομάζει σφαλερώτεραι πασῶν. ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν εἰσιν αἱ μετὰ σπουδῆς· γίνονται δὲ πᾶσαι μὲν ἐγκεφάλου πάσχοντος, εἴτε οὖν πρῶτόν τε καὶ καθ' ἑαυτὸν εἴτε κατὰ συμπάθειαν. ἀλλήλων δὲ διαφέρουσι ταῖς ἐργα-

modum enim exficcata coria vix extenduntur, eodem quoque modo ejusmodi partes. Quin etiam quod laborante facultate non folum oculos, fed os etiam exacte claudere nequeunt, unde hiante ore dormiunt, liquet unicuique rei naturam diligentius animadvertere volenti.

LIII.

Quae deliria cum rifu fiunt, tutiora; quae cum ftudio, periculofiora.

Nulla deliria tuta funt, minus periculofa quae cum rifu concitantur, velut audacia, quemadmodum ipfe appellitat, omnium periculofiffima. In amborum medio funt quae cum ftudio exiftunt. Porro fiunt omnia affecto cerebro, five primario et per fe, five fecundario et per confenfum; differunt autem ab invicem caufis ipfis effi-

ζομέναις αὐτὰς αἰτίαις. ὅσαι μὲν γὰρ [286] ὑπὸ θερμασίας γίνονται μόνης ἄνευ μοχθηροῦ χυμοῦ, παραπλήσιαί πως εἰσι ταῖς ἐπὶ οἴνου πόσεσι· ὅσαι δ' ἐπὶ τῇ ξανθῇ χολῇ μετὰ σπουδῆς ἐπιτελοῦνται. συγκαυθείσης δ' αὐτῆς ἐπὶ πλέον ὡς μελαγχολικωτέραν ὑπάρχειν ἤδη, μανιώδεις ἱκανῶς αἱ παραφροσύναι γίνονται. μεμνῆσθαι γὰρ χρὴ τῶν περὶ τῆς μελαίνης χολῆς ἐν ἄλλοις διωρισμένων, ὡς ἡ μὲν ὑπεροπτηθείσης γίνεται τῆς ξανθῆς χολῆς, ἥπερ δὴ καὶ χαλεπωτάτη παντοίως ἐστὶν, ἡ δ' ἐκ τῆς τοῦ αἵματος, ὡς ἂν εἴποι τὶς, ἰλύος καὶ τρυγός. παχυτέρα μὲν ἐκείνη τῇ συστάσει, πολὺ δὲ ἀπολειπομένη τῷ μοχθηρῷ τῆς ποιότητος. εἴρηται δὲ καὶ ὅτι τὴν οἷον τρύγα τοῦ αἵματος ἀκριβολογούμενοι μὲν οὐδέπω μέλαιναν χολὴν ὀνομάζομεν, ἀλλὰ μελαγχολικὸν χυμὸν, καταχρώμενοι δὲ τοῖς ὀνόμασι καὶ μέλαιναν ἔστιν ὅτε καλοῦμεν, ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἔσεσθαι μέλλει μέλαινα μὴ φθασάντων κενῶσαι.

---

cientibus. Quae namque a ſolo calore citra pravum humorem oboriuntur deſipientis quodammodo ſimiles ſunt quae vini potiones ſequuntur. Quae vero ob flavam bilem cum ſtudio perficiuntur, quae bilis flava, ſi multum exuratur, ut jam ad atrae naturam magis accedat, furioſae admodum et immanes fiunt delirationes. Nam quae aliis in libris de atra bile definita ſunt, ea in memoriam revocanda ſunt, quod quaedam ex flava bile ſuperaſſata gignatur, quae omnium eſt teterrima, alia vero ex ſanguinis, ut quispiam dixerit, coeno et faece: quae quidem craſſiore quam altera conſtet ſubſtantia, ſed multum a qualitatis malignitate recedat. Dictum eſt praeterea bilem quae veluti faex eſt ſanguinis, ſi ſincere et proprie loquamur, nondum nos atram bilem, ſed humorem melancholicum appellare, nominibus vero abuſos atram bilem interdum quoque vocare; quandoquidem niſi prius vacuetur, atra paulo poſt evaſura eſt.

νδ.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ κακόν.

Τὰ παιδία πολλάκις ὁρᾶται κατὰ τὸν τοῦ κλαίειν καιρὸν εἰσπνέοντα διακεκομμένην πνοὴν, ἱσταμένου μεταξὺ τοῦ θώρακος, εἶτ' αὖθις τὸ λεῖπον προστιθέντος, ὅπερ αὐτὸς ἐν ἐπιδημίαις ὧδί πως εἶπε· διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπὶ εἰσπνέουσι, καὶ γίνεται τοῦτο ποτὲ μὲν διὰ κάματον τῆς δυνάμεως, ποτὲ δὲ διὰ τὴν τῶν ὀργάνων σκληρότητα, ποτὲ δὲ ἀμφοῖν συνελθόντων, ἔστι δ' ὅτε καὶ διὰ σπασμώδη τινὰ τῶν μυῶν τοῦ θώρακος διάθεσιν. ἥ τε γὰρ ἀσθενὴς δύναμις ὅταν εἰς ἅπαξ ἀδυνατήσῃ διαστεῖλαι τὸν θώρακα τοσοῦτον ὅσῳ δεῖται τὸ ζῶον, ἵσταται μεταξὺ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἀναπαυομένη πρότερον, εἶθ' οὕτως αὖθις ἐξορμᾷ. τότε σκληρὸν ὄργανον οὐχ ἑπόμενον ἑτοίμως ὁμοίως τῇ διαστελλούσῃ δυνάμει, κραδαινόμενον ὑπ' αὐτῆς βιαίως διαστέλλεται. περὶ δὲ τῆς σπασμώδους διαθέσεώς τί δεῖ καὶ

LIV.

In morbis acutis cum febre gemebundae fpirationes malum.

Saepe pueri quo tempore plorant interrupto fpiritu infpirare confpiciuntur, exfurgente medio thorace, deinde rurfum integrae refpirationi quod deeft adjiciente, quod ipfe in epidemiis in hunc modum edixit: *gemina intro fpiritus revocatio, quafi fuper infpirantibus.* Hoc autem fit interdum ob facultatis laborem, interdum ob inftrumentorum duritiem, interdum vero ambabus caufis concurrentibus, fed et nonnunquam propter convulfivum aliquem mufculorum thoracis affectum oboritur. Etenim imbecilla facultas quum femel thoracem tantum attollere non potuerit, quantum ad ufum animal requirit medio primum fubfiftit opere et aliquantifper quiefcit; deinde rurfum fe effert impetu. Ac durum organum quum prompte dilatantem facultatem non fequatur, ab ipfa violentius concuffum dilatatur. Sed quid de convulfivo affectu,

λέγειν ὡς τοιαύτην ἀναπνοὴν ἐργάζεται; ψύξεως μὲν οὖν καταλαβούσης ἤτοι τοὺς μῦς τοῦ θώρακος ἢ καὶ τὰ νεῦρα, σκληρότης ἄν τις ἐν τοῖς ὀργάνοις γεννηθείη καὶ σπασμώδης κίνησις, ἣν ὅ τε πυρετὸς ἰᾶσθαι πέφυκε καὶ τὰ θερμὰ βοηθήματα. πυρετοῦ δὲ σὺν τούτοις ὄντος οὐκ ἐγχωρεῖ ψύξιν αἰτιᾶσθαι τῶν κατὰ τὸν θώρακα μυῶν ἢ νεύρων· ἀλλ᾽ ἤτοι σκληρότητα γεγενημένην ἢ δυνάμεως ἀῤῥωστίαν ἢ σπασμώδη διάθεσιν. ὅ τι δ᾽ ἂν ᾖ τούτων, οὐκ ἀγαθόν [287] ἐστιν ἐν ὀξεῖ νοσήματι συμβαίνειν. εἰ μὲν οὖν κατὰ μόνης τῆς εἰρημένης κινήσεως τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἡ κλαυθμώδης ἀναπνοὴ λέλεκται πρὸς αὐτοῦ, τέλος ἔχει τὰ τῆς ἐξηγήσεως· εἰ δὲ καὶ μετὰ τοιούτου τινὸς ψόφου βούλεται τὴν εἰρημένην αὐτῷ ἀναπνοὴν συμβαίνειν, ὁποία τοῖς κλαίουσι γίνεται καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις ἐνδείξεταί τινα διάθεσιν ὀδυνώδη, καθ᾽ ἣν οἷον οἰμώζοντες ἢ στένοντες ἢ μικτόν τινα ἐξ ἀμφοῖν ἀποτελοῦντες ψόφον ἀναπνέουσι οὕτως.

---

quod talem reſpirationem efficiat dicendum eſt? Nam ſi frigus thoracis muſculos vel etiam nervos invaſerit, durities quaedam inſtrumentis oborietur et motus convulſivus quem tum febris tum calida auxilia ſanare conſueverunt. At ſi his febris conjuncta ſit, muſculorum thoracis aut nervorum perfrigerationem cauſari non ſinit, ſed vel duritiem obortam vel facultatis imbecillitatem vel convulſivum affectum. Quidquid vero horum in cauſa fuerit, bonum non eſt in morbo acuto accidere. Si igitur de ſola enunciata ſpirabilium inſtrumentorum motione gemebunda reſpiratio ab ipſo pronunciata ſit, ea jam explicationis finem habet; ſi vero etiam cum tali quodam ſonitu, qualis plorantibus editur, ab ipſo proditam reſpirationem fieri velit, praeter dictas cauſas quandam etiam dolorificam affectionem indicabit, qua tamquam flentes aut gementes aut aliquem mixtum ex ambobus ſonum edentes ita reſpirant.

νε΄.

Τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Τὰ ποδαγρικὰ καθάπερ καὶ τἄλλα πάντα ἀρθριτικὰ τοῦ ἦρος αὐξάνεται καὶ διὰ τοῦτ᾽ αὐτὸς ἔμπροσθεν ἐν τῷ τῶν ἠρινῶν νοσημάτων καταλόγῳ τῶν ἀρθριτικῶν ἐμνημόνευσεν, ἐν οἷς δηλονότι περιέχεται καὶ τὰ ποδαγρικά. παροξύνεταί γε μὴν ἐνίοτέ τε καὶ κατὰ τὸ φθινόπωρον οἷς ἂν ἐν τῷ θέρει κατὰ τὴν ὀπώραν συναρθροισθῇ τις κακοχυμία. δέδεικται γὰρ ἡμῖν ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἑκάστου τῶν μορίων, ὥσπερ ἄλλαι τινὲς ὑπάρχουσαι δυνάμεις οὕτω καὶ ἡ τῶν λυπούντων ἀποκριτικὴ δύναμις. λυπεῖ δὲ τὰ μὲν τῷ πλήθει βαρύνοντα, τὰ δ᾽ ἀνιῶντα τῷ τῆς ποιότητος ἀλλοτρίῳ. κατ᾽ ἄμφω μὲν οὖν ταῦτα τοῖς ἐν τῷ χειμῶνι μοχθηρῶς διαιτηθεῖσι παροξύνεται τὰ χρόνια τῶν παθῶν, ἦρος ὥρᾳ χεομένων τῶν χυ-

LV.

Podagrici affectus vere et auctumno plerumque moventur.

Podagrici affectus, quemadmodum et omnes alii articulares vere augentur, ideoque ipſe ſuperius in morborum vernalium enumeratione articulatim meminit, in quibus videlicet podagrici continentur. Concitantur tamen interdum etiam autumno, quibus per oporam cacochymia quaedam coacervata fuerit. A nobis enim commentariis de facultatibus naturalibus demonſtratum eſt ſingulis partibus, quemadmodum alias quasdam facultates, ita facultatem eorum expultricem eſſe quae moleſta ſunt. Moleſta vero ſunt alia quaedam multitudine, alia vero aliena qualitate. Secundum utrumque igitur tum iis qui hiberno tempore pravo victu uſi ſint, per oporam diuturni affectus concitantur, fuſis humoribus et mox a fortioribus ad lo-

μῶν, εἶτα ἐπὶ τοὺς ἀσθενεῖς τόπους ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων ἀπωθουμένων, καθ' ἕτερον δὲ μόνον ἐν φθινοπώρῳ.

νστ'.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψεες ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος ἢ σπασμὸν ἢ μανίην ἢ τύφλωσιν σημαίνουσι.

---

[288] *Γίνονται μὲν καὶ διὰ φλεγματικὸν χυμὸν ἀποπληξίαι τε καὶ σπασμοὶ καὶ πηρώσεις ὀφθαλμῶν. γίνονται δὲ διὰ μελαγχολικὸν, ἐπειδὴ κοινόν ἐστιν ἐν ἀμφοτέροις τὸ πάθος. οὐ μὴν τό γε τῆς μανίας ἐστὶ κοινόν· οὐδέποτε γὰρ ἐπὶ φλεγματικῷ χυμῷ τὸ πάθος τοῦτο συνίσταται, δεομένου γε πρὸς τὴν γένεσιν ἐρεθίζοντός τε καὶ δάκνοντος χυμοῦ. τοιοῦτοι δέ εἰσιν ὁ μὲν τῆς ξανθῆς χολῆς διὰ τὸ πᾶν, ὁ μελαγχολικὸς δὲ οὐ διὰ παντός, ἀλλὰ ὅταν πλέον ἤτοι συγκαυθεὶς ἢ διασαπεὶς ἐπικτήσηταί κακοήθη δριμύτητα.*

---

cos imbecilliores protufis. Secundum alterum vero, autumnali tantum tempeftate.

LVI.

Morbis melancholicis per has tempeftates periculofi decubitus aut apoplexiam corporis aut convulfionem aut maniam aut caecitatem denunciant.

Fiunt etiam propter pituitofum humorem apoplexiae, convulfiones et caecitates; fiunt quoque propter melancholicum, quoniam utrisque communis eft affectus, non tamen maniae affectus eft communis. Nunquam enim hic affectus ob pituitofum humorem conflatur, quum ad fui generationem humore proritante ac mordente opus habeat. Talis autem femper quidem eft flava bilis; non femper vero humor melancholicus, fed quum fupra modum aut exuftus aut putrefactus malignam qualitatem induerit.

νζ'.

(315) Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

Οὐ πᾶσαν ἀποπληξίαν, ἀλλὰ τὴν προειρημένην μόνην, ἥτις ἐπὶ μελαίνῃ μόνῃ συνίσταται χολῇ, συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς τὴν εἰρημένην ἄγουσιν ἡλικίαν, ὅτι πλεονάζει μάλιστα κατ᾽ αὐτὴν ὁ τῆς μελαίνης χυμὸς, ὥσπερ κἀν τῷ φθινοπώρῳ. ἁπλῶς δ᾽ ἀποφηναμένῳ πλείους γέροντες γίνονται ἀπόπληκτοι. εἴπερ οὖν ἀληθὴς ὁ λόγος ἔσεσθαι μέλλοι, συναπτέον αὐτὸν τῷ κατὰ τὸν προειρημένον ἀφορισμὸν, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἴρητο τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν, ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἥτις καταλαμβάνει τοὺς ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων μέχρις ἑξήκοντα.

νη'.

[289] Ἢν ἐπίπλοον ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

LVII.

Apoplectici vero maxime fiunt aetate a quadragefimo anno adufque fexagefimum.

Non omnem apoplexiam, fed folam praedictam, quae ex fola fit atra bile, pronunciatam aetatem agentibus ortum habere contingit, quia per eam potiffimum fcatet atrae bilis humor, quemadmodum etiam per autumnum. Sed ut fimpliciter dicam, plures fenes apoplexia percelluntur. Si igitur vera futura fit oratio, ea cum praecedenti aphorifmo connectenda eft, ac fi ita diceretur: *morbis melancholicis per has tempeftates periculofi humorum decubitus corporis apoplexiam, quae homines a quadragefimo anno adufque fexagefimum invadit.*

LVIII.

Si omentum excidat, neceffario putrefcit.

Διὰ τὴν βραχυλογίαν δόξει ψευδὴς ὁ ἀφορισμὸς εἶναι τοῖς μὴ καλῶς ἀκούσασιν αὐτοῦ. τὸ γὰρ λεγόμενόν ἐστι τοιοῦτον· ὅταν ἐκπέσῃ, τουτέστιν ὅταν γυμνωθῇ καὶ προκύψῃ τοῦ περιτοναίου τὸ ἐπίπλοον, οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο καταχθὲν ὑγιὲς καὶ σῶον μεῖναι. καθάπερ εἰ καὶ ἄλλο τι προκύψειεν, οἷον ἔντερον ἢ σπλάγχνου λοβός. ἐκεῖναι μὲν γὰρ εἰ μὴ πολλῷ χρόνῳ καταψυχθείη, τὴν ἀρχαίαν ἀπολαμβάνει κρᾶσιν, ἐπουλωθείσης τῆς γεγενημένης κατὰ τὸ ἐπιγάστριον διαιρέσεως. ἐπίπλοον δὲ κἂν ἐλαχίστῳ χρόνῳ γυμνωθείη, σήπεται καταχθὲν, δι᾽ ἣν αἰτίαν καὶ τέμνουσιν αὐτοῦ τὸ γυμνωθὲν οἱ ἰατροί. ταύτην οὖν ἔχει ὁ ἀφορισμὸς τὴν γνώμην, ἀδιοριστότερον εἰρημένος κατὰ λελεγμένην λέξιν, εἰ δέ τίς φησιν ὡς ἑώρακέ ποτε πρὸς βραχὺν χρόνον τὸ ἐπίπλοον ἐκπεσὸν, ἔπειτα καταχθὲν μὴ σαπῆναι, τὸ μὲν διηνεκὲς τῆς Ἱπποκράτους ἀποφάσεως ἀναιρήσει, φυλάξαι δὲ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ κοινόν ἐστι τοῦτο τῷ ἀφορισμῷ πρὸς ἄλλους ὑφ᾽ Ἱπποκράτους εἰρημένον, ἐν σχή-

Propter fermonis brevitatem falfus is effe videbitur aphorifmus, qui non recte ipfum perceperint. Quod enim dicitur eft hujusmodi: *quum omentum exciderit*, hoc eft quum nudatum fuerit et extra peritonaeum promicuerit, illud reductum fanum ac falvum permanere probabile non eft; quemadmodum fi quid aliud velut inteftinum aut vifceris lobus foras promineat. Haec namque nifi longo tempore perfrixerint, priftinum ftatum recuperant, abdominis ruptura ad cicatricem perducta. Omentum vero fi vel minimo tempore nudetur, repofitum putrefcit. Quam ob caufam medici partem ipfius nudatam praecidunt. Hanc igitur fententiam habet aphorifmus minus diftincte hoc textu pronunciatus. Si quis vero proferat fe nonnunquam omentum pauco tempore prolapfum vidiffe, deinde repofitum non computruiffe, enunciationis quidem Hippocratis perpetuitatem fuftulerit; verum tamen obfervaveris, illud plerumque contingere: *ut prolapfum foras omentum putrefcat*; idque huic aphorifmo cum ceteris ab Hippocrate

ματι λέξεως τὸ διηνεκὲς ἐνδεικνύμενον, καίτοι γε οὐκ ἀποβαινόντων ἀεὶ τῶν πραγμάτων ὡσαύτως, ἀλλ᾽ ἐν σπανίῳ ποτὲ καὶ ἐναντίως.

νθ'.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται.

Ἀθροίζεται πολλάκις ἐν τοῖς ἄρθροις χυμὸς φλεγματώδης, ὃν ὀνομάζει μύξαν, ὑφ᾽ οὗ διαβρεχόμενοι τῆς διαρθρώσεως οἱ σύνδεσμοι χαλαρώτεροι γίνονται καὶ διὰ τοῦτο ἐξίσταται ῥᾳδίως τὴν κοιλότητα τὸ ἄρθρον, ἐμπίπτει τε πάλιν οὐ χαλεπῶς, ἃ δὴ [290] καὶ νῦν φησι τοῖς οὕτω διακειμένοις ἰσχιαδικοῖς συμβαίνειν. ὅταν δ᾽ εἴπῃ, τὸ ἰσχίον ἐξίστασθαι, τὸ κατ᾽ ἰσχίον ἄρθρον ἀκουστέον, ὡς κἀν τῷ περὶ ἄρθρων ἔλεγεν, ὤμου δὲ ἄρθρον ἕνα τρόπον οἶδα ὀλισθαῖνον ἐν ἴσῳ τῷ κατ᾽ ὦμον ἄρθρον.

---

proditis commune eſt, ut ex dictionis forma perpetuitas oſtendatur, etiamſi res ipſae non ſemper eodem modo, ſed interdum etiam aliter licet raro eveniant.

LIX.

Quibus ab iſchiade diuturna vexatis iſchium e proprio loco excidit atque rurſus incidit, iis muci innaſcuntur.

Saepe in articulis humor pituitoſus coacervatur, quem mucum appellat, quo inebriata articulationis ligamenta laxiora redduntur proindeque facile cavitate ſua articulus excidit ac incidit rurſus non difficile; quae ſane nunc iſchiadicis ita affectis ait accidere. Quum vero iſchium ait excidere, articulus iſchii intelligendus eſt, quo etiam modo libro de articulis dicebat; humeri autem articulum uno modo elabi ſcio, quod perinde eſt ac ſi articulum qui in humero habetur dixiſſet.

ξ.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι φθίνει τὸ σκέλος καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν.

Οὐ χρὴ χωρίζειν τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον τοῦ προγεγραμμένου, συνάπτοντας δ' αὐτοὺς εἰς ἕνα λόγον οὕτως ἀκούειν. βούλεται γὰρ λέγειν ὅτι τοῖς ἰσχιαδικοῖς, οἷς διὰ τὸ πλῆθος τῆς μύξης ἐξίσταται τὸ ἄρθρον, ἐμπίπτει τε πάλιν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν χρόνῳ φθίνειν τὸ σκέλος, ἂν μὴ φθάσαντες τῇ καύσει ξηράνωμεν τὴν μύξαν, ὅπερ κἂν τῷ περὶ ἄρθρων συνεβούλευε πράττειν ἐπὶ τοῦ συνεχῶς ἐκπίπτοντος βραχίονος. καὶ γὰρ καὶ νῦν ἡ αὐτὴ τοῦ λόγου δύναμίς ἐστι καίειν συμβουλεύοντος αὐτοῦ κατ' ἰσχίον, ὡς ἐν τῷ περὶ ἄρθρων ἐδίδασκεν, ὅπως ἐκδαπανηθῇ τε τὸ μυξῶδες ἥ τε χαλαρότης τοῦ δέρματος, εἰς ἣν ὤλισθανε τὸ ἄρθρον ὑπὸ τῆς καύσεως εἰς συντονίαν ἀχθεῖσα, σφίγγει τε καὶ κωλύει μεθίστασθαι, ὡς εἴ γε διὰ τὸ πλῆθος τῆς

LX.

Quibus ifchiade diuturna vexatis ifchium excidit, iis crus tabefcit et claudicant, nifi urantur.

Hunc aphorifmum a fuperiore fejungere non decet, fed ipfos fimul in unam orationem conjunctos ita accipere. Vult enim enunciare, quibus ifchiadicis propter muci copiam articulus excidit rurfumque incidit, processu temporis crus tabefcere neceffe eft, nifi antevertentes uftione mucum exficcemus, quod et libro de articulis in brachio jugiter excidente effici confulebat. Etenim etiam utrobique eadem vis eft orationis, qua ipfe fuper ifchium uftionem fieri confulit, ut libro de articulis docebat; tum ut mucofa illuvies abfumatur, tum ut cutis laxitas in quam articulus elabebatur per aduftionem ad contenfionem ducta articulum arctet et loco moveri prohibeat.

Ed. Chart. IX. [290.] Ed. Baf. V. (315.)

μύξεως ἐπὶ πλεῖον ἐξεστηκὸς μένει τὸ ἰσχίον, ἔστι μὲν δήπου τοῦτο χωλεία τοῦ σκέλους. ἀκολουθήσει δ' ἐξ ἀνάγκης αὐτῇ καὶ ἀτροφία, καθ' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὅσα τῶν κατὰ φύσιν ἐστερήθη κινήσεων.

Quod fi ob muci copiam ifchium eluxatum diutius manferit, id profecto cruris claudicatio fuerit, quam neceffario ejusdem atrophia fequetur, quomodo aliis etiam omnibus accidit, quae naturalibus motibus privata fuerint.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ed. Chart. IX. [291. 292.] Ed. Baſ. V. (315.)

[291 292] *Πάντες σχεδὸν οἱ προγράψαντες ἐξηγήσεις τῶν ἀφορισμῶν ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπὶ πλέον ἐπεκτείνουσι τοῦ χρησίμου τὸν λόγον, ἐκλύονται δὲ προϊόντες, ὥστε πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸ χρήσιμον προϊέναι μόνον, εἶθ' ἑξῆς ἐλλιπέστερον τούτου καὶ τελευτῶντες* [292] *ἐσχάτως συντέμνουσι τὰς ἐξηγήσεις, ὡς μηδ' ὅτι νόθοι τῶν ἀφορισμῶν εἰσιν ἔνιοι καὶ προφανῶς ψευδεῖς, ἔτι παρακολουθεῖν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ*

HIPPOCRATIS APHORISMI ET GALENI IN EOS COMMENTARII.

Qui prope omnes aphoriſmorum enarrationes ante nos ſcripſerunt, initio quidem longius quam utilitatis ferat ratio, commentarios protrahunt; in progreſſu vero fatiſcentes ita remittunt, ut primo quidem ad utilitatem uſque ſolum procedant; deinde ſerie id imperfectius moliantur; poſtremo denique expoſitiones ita concidunt, ut ex aphoriſmis nonnullos adulterinos eſſe palamque falſos, nequaquam animo percipiant. Verum quemadmodum diſpu-

κάμνοντες ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπινεύουσι πρὸς ἅπαν ἑτοίμως, οὕτω καὶ αὐτοὶ προσίενταί τε πάντας, οὓς ἂν εὕρωσι γεγραμμένους ἀφορισμοὺς εἰς ἔσχατόν τε βραχυλογίας ἀφικνοῦνται κατὰ τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν ἐπιλανθανόμενοι τῆς ἐν ἀρχῇ μακρολογίας. ἀλλ' ἡμεῖς γε τὰς ἄλλας αὐτῶν ἀτοπίας ἐπειράθημεν φυλάξασθαι καὶ πάσας ὁμαλῶς ποιήσασθαι τὰς ἐξηγήσεις ἐσπουδάσαμεν, ἐστοχασμένας μὲν τῶν ἀληθῶν τε ἅμα καὶ χρησίμων τῇ τέχνῃ, τῇ δὲ ἑρμηνείᾳ μήτε εἰς βραχυλογίαν ἐσχάτην συνηγμένας, οὐ γὰρ ὑπομνήματι τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ συγγράμματι πρέπει, μήτ' εἰς μῆκος τοσοῦτον, ὅσον ἐν ἀρχῇ τῶν ἐξηγήσεων ἐκεῖνοι πεποίηνται. τὸ δ' ἄριστον ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις, ὅπερ καὶ σύμμετρόν ἐστιν ἑκάστῃ πραγματείᾳ, τοῦτο ἐσπουδάσαμεν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους διαφυλάξαι.

α'.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων κακόν.

---

tationibus feſſi prompte ad omnia adnuunt, ſic etiam quoscunque ſcriptos aphoriſmos invenerint, omnes admittunt et ad ultimam propriarum interpretationum breviloquentiam deveniunt, prioris loquacitatis obliti. At vero nos quum alias ipſorum ineptias vitare conati ſumus, tum omnes explanationes aequabiliter efficere ſtuduimus, quae tum vera tum ſimul arti perutilia ſpectarent et interpretatione in ſummam orationis brevitatem minime cogerentur, haec enim conciſa brevitas libro, non commentario convenit, neque in tantam verborum prolixitatem proferrent, quantam illi per explanationum initia inſtituerunt. Sed quod in omnibus commentariis optime laudatur, quodque unicuique tractatui ſymmetriam ſervat, illud a principio ad finem uſque ſervare ſtuduimus.

I.

In acutis morbis extremarum partium frigus malum.

Ἐν μὲν τοῖς χρονίοις νοσήμασι καὶ μάλισθ' ὅσα χωρὶς πυρετῶν εἰσι καὶ κατὰ τὸν χειμῶνα καὶ γέρουσι ψυχρὰ γίνεσθαι τὰ τοῦ σώματος ἔσχατα μόρια, ῥῖνας καὶ πόδας καὶ ὦτα καὶ χεῖρας ἄκρας, οὐδὲν ἄτοπον. οὐ μὴν ἔν γε τοῖς ὀξέσι μέτριον τὸ κακὸν, ἀλλ' ἱκανῶς ὀλέθριον τὸ σύμπτωμα, φλεγμοναῖς σφοδροτάταις τῶν σπλάγχνων ἐπιγινόμενον. (316) ὀξέα δὲ προσαγορεύεσθαι νοσήματά φησιν αὐτὸς, ὧν οἱ πυρετοὶ τοὐπίπαν εἰσὶ συνεχεῖς. ἐν οἷς ὅταν ἄνευ μεγάλης φλεγμονῆς ὦσι, μὴ ὅτι καταψύχεσθαι τοῖς ἀκροῖς, ἀλλὰ καὶ διακαίεσθαι συμβέβηκεν. ἀλλ' ὅταν τὸ τῆς φλεγμονῆς θερμὸν ᾖ οὕτω σφοδρὸν, ὡς ἕλκειν ἐφ' ἑαυτὸ δίκην σικύας ἐξ ὅλου τοῦ σώματος τὸ αἷμα, διακαίονται μὲν οἱ οὕτως ἔχοντες τὰ σπλάγχνα, ψύχονται δὲ τὰ ἀκρωτήρια διὰ τὴν ἔνδειαν τοῦ αἵματος, ἀποχωροῦντος εἰς τὰ σπλάγχνα, καὶ οἱ πλεῖστοί γε αὐτῶν οὐδὲ τῶν περιβολαίων ἀνέχονται, διὰ τὸ περὶ τοῖς σπλάγχνοις καῦμα.

In morbis diuturnis, qui praeſertim ſine febre ſunt, et per hiemem et aetatem ſenilem extremam corporis partes, veluti nares, auriculas, pedes et ſummas manus frigidas fieri nihil abſurdum. Non tamen in acutis mediocre malum eſt, ſed admodum pernicioſum ſymptoma, quod vehementiſſimis viſcerum inflammationibus oboritur. Acutos autem morbos vocari pronunciat ipſe, quorum febres maximam partem ſunt continuae; in quibus quum citra magnam inflammationem fuerint, non modo non refrigerari extrema, verum etiam peruri accidit. Quum vero inflammationis calor adeo vehemens ſit, ut ad ſe curcurbitulae inſtar ex toto corpore ſanguinem attrahat, iis ita affectis viſcera peruruntur, extrema vero frigeſcunt propter ſanguinis intro ad viſcera ſe recipientis inopiam, atque eorum plurimi ne operimenta quidem ferunt propter incendium inflammationis viſcera obſidentis.

β.

[293] Ἐπὶ ὀστέῳ νοσήσαντι σὰρξ πελιδνὴ κακόν.

Οὐ γὰρ ἐπὶ μετρίαις βλάβαις ὀστῶν, ἀλλὰ ταῖς ἰσχυραῖς σηπέδοσι τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς χρόας ἐγγίνεται περικειμέναις σαρξὶ, σβεννυμένης δηλονότι τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας ἐν αὐτοῖς.

γ.

Ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ κακόν.

Οἷόν τι πάθος τοῖς μυσὶν ὁ σπασμός ἐστι, τοιοῦτον ἐν τῷ στομάχῳ γίνεται ἡ λὺγξ, ὑγροῖς ἀνιῶσιν ἐπιγινομένη, ποτὲ μὲν ὅλην τὴν κοιλίαν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ τό τε στόμα καὶ τὸν στόμαχον αὐτῆς, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἐμέτοις ἀποῤῥίψασα, παραχρῆμα παύεται τῆς λυγγός. ὡς ὅταν γε μηδ' ὑπὸ τούτων παύηται, δυοῖν θάτερον ἐνδείκνυται, ἤτοι τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων τὸν ἐγκέφαλον ἢ τὴν γαστέρα φλεγμαίνειν

II.

Propter os aegrotans caro livida malum.

Non enim ob mediocrem offium laefionem, fed ob magnam cariem talis coloris fpecies circumftantibus carnibus oboritur, exftincto videlicet calore nativo.

III.

A vomitu fingultus et oculorum rubor malum.

Qualis affectio mufculis eft convulfio, talis eft ftomacho fingultus, qui humoribus nonnunquam totum ventriculum infeftantibus oboritur, faepius vero os ipfius et ftomachum; quibus per vomitiones ejectis ftatim fingultu liberatur; qui fi neque per iftas ceffet, ex duobus alterum denunciat aut cerebrum nervorum principium aut

οὐ μετρίαν φλεγμονήν. τὸ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρευθος ἕπεται ἀμφοτέροις, καὶ μᾶλλόν γε ταῖς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον φλεγμονώδεσι διαθέσεσιν.

δ.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη οὐ χρηστόν.

Ὅτι τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα λέλεκται πρὸς αὐτοῦ, διὰ τὸ [294] τὴν φύσιν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ὑπὸ τοῦ νοσήματος νικᾶσθαι.

ε.

Ἐπὶ μανίῃ ἢ δυσεντερίῃ ἢ ὕδρωψ ἢ ἔκστασις ἀγαθόν.

Δυσεντερίαν μὲν ἢ ὕδρωπα τῷ λόγῳ τῆς μεταστάσεως ἴαμα γίνεσθαι μανίας οὐδὲν ἄλογον, ἐκ τῆς κεφαλῆς τῶν λυπούντων κάτω μεθισταμένων, ἔκστασιν δ᾽ οὐδαμῶς διάλυ-

ventriculum non mediocrem pati inflammationem. Oculorum vero rubor utriusque fequitur affectiones, fed illam magis cerebri phlegmonodem.

IV.

Horror poft fudorem non utilis.

Decretoria quae non decernunt partim letalia effe partim difficilis judicii ab ipfo pronunciatum eft, quod natura in ejusmodi affectionibus vi morbi evicta fuccumbat.

V.

A mania dyfenteria aut hydrops aut ecftafis bonum.

Dyfenteriam quidem hydropem translationis materiae ratione, maniae remedium effe rationi non reluctatur, quum a capite deorfum noxii humores transferantur. Mentis autem emotionem feu ecftafin nullo modo maniae

Ed. Chart. IX. [294.] Ed. Baf. V. (316.)

σιν εἶναι μανίας, ὥστε μᾶλλον αὔξησιν ἄν τις εἴποι καὶ μέντοι καὶ εἴπερ ὄντως ὁ Ἱπποκράτης πολλαχῆ μανίαν καὶ σφοδρὰν ὠνόμασεν ἔκστασιν, οἴδαμεν οὕτω τινὰ παυσάμενον ἧς ἔμπροσθεν εἶχε μετρίας μανίας, ἐλογισάμεθά τε τῇ σφοδρότητι τῆς κινήσεως τῶν ποιούντων τὴν μανίαν αἰτίων ἀκολουθῆσαι τὴν λύσιν, ὥσπερ εἴωθε κἀν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὰ σφοδρότατα τῶν συμπτωμάτων ἔστιν ὅτε κρίσεις ἀγαθὰς ἐργάζεσθαι.

στ'.

Ἐν νούσῳ πολυχρονίῃ ἀποσιτίη καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες κακόν.

Καὶ αὐτὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀποσιτία σημεῖόν ἐστι μοχθηρὸν ἐν χρονίοις νοσήμασιν. ἐπὶ γὰρ τῶν σωθήσεσθαι μελλόντων ἐκ τῶν τοιούτων νοσημάτων αὐτῷ τοὐναντίον ὄρεξις σφοδροτέρα γίνεται σιτίων. ὥστ' οὐκ ἀγαθὸν σημεῖον ἡ ἀποσιτία. ὅταν δὲ καὶ τὰ κατὰ τὰς διαχωρήσεις

folutionem elle, imo magis quivis dixerit incrementum elle. At profecto, fi revera Hippocrates vehementem maniam ecltafin appellaverit, quendam moderata mania, qua prius detinebatur, ita liberatum fuilfe novimus, ratiocinationeque collegimus ex vehementi caufarum maniam efficientium motu folutionem fubfequutam fuilfe, quemadmodum in morbis acutis vehementillima fymptomata bonas interdum crifes efficere folent.

VI.

In morbo diuturno ciborum faftidium et fincerae dejectiones malum.

Ipfum per fe cibi faftidium in morbis diuturnis pravum fignum eft. Iis fiquidem qui ab hujusmodi morbis evafuri funt, contrarius affectus, vehementior fcilicet ciborum appetentia folet accidere. Quare haud bonum eft ciborum faftidium, multo certe minus quum etiam pravae

ὑπάρχει πονηρὰ, πολὺ δὴ καὶ μᾶλλον. ἀκράτους δ' ὑποχωρήσεις εἴρηκε τὰς ἀμίκτους ὑδατώδους ὑγρότητος αὐτοῦ τοῦ κενουμένου χυμοῦ μόνου διαχωροῦντος, εἴτε πικρόχολος εἴτε μελαγχολικὸς εἴτε πρασοειδὴς εἴτε ὁ τῆς ἰώδους λεγομένης ὑπάρχει χολῆς, ἐνδείκνυνται γὰρ αἱ τοιαῦται διαχωρήσεις ἐκπεφρύχθαι τὴν κατὰ φύσιν ὑγρότητα πᾶσαν ὑπὸ τῆς πυρετώδους θερμασίας.

ζ'.

[295] *Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη κακόν.*

Ὅτι μὲν ἡ πολυποσία πολλὴν πόσιν οὐχ ὕδατος, ἀλλ' οἴνου δηλοῖ πρόδηλον παντί. παραφρονοῦσι δ' ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πόσεσιν ἔνιοι πληρουμένης τῆς κεφαλῆς αἵματός τε καὶ πνεύματος θερμοῦ. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ θερμότεροι γίνονται, μάλιστα μὲν τὴν κεφαλὴν, ἤδη δὲ καὶ σύμπαν τὸ σῶμα. σπάνιοί γε μὴν ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ σὺν τῇ παραφροσύνῃ ῥιγώσαντες, ἐφ' ὧν οὐκ ἐξάπτεται τὸ σύμφυ-

ſunt dejectiones. Sinceras autem dejectiones nominavit nulli aquoſae humiditati permixtas, eo ſolo qui vacuatur humore, ſive bilioſo ſive melancholico ſive porraceo ſive bile aeruginoſa dicta, inteſtina pervadente. Nam ejusmodi dejectiones omnem nativam humiditatem a febrili calore exuſtam et conſumptam eſſe indicant.

VII.

Ex multo potu rigor et delirium malum.

Quod polypoſia non copioſam aquae, ſed vini potionem ſignificet, patet omnibus. Delirant autem nonnulli hujusmodi potionibus tum ſanguine tum ſpiritu calido oppleto capite. Ob hanc ipſam cauſam calidiores etiam redduntur praecipue quidem capite, ſed jam univerſo etiam corpore. Ex his rari ſunt qui cum delirio rigeant, in quibus calor nativus non incenditur, ſed copia exſtin-

τον θερμὸν, ἀλλὰ σβέννυται διὰ τὸ πλῆθος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πολλῶν ξύλων ἐπιβληθέντων τῷ πυρὶ ἥ τε τοῦ λύχνου φλὸξ ἐξ ἐλαίου καταχυθέντος ἀθρόως.

η΄.

Ἐπὶ φύματος εἴσω ῥήξιος ἔκλυσις, ἔμετος καὶ λειποψυχίη γίνεται.

Φῦμα μὲν ὠνόμασεν, ὅπερ ἐν ἑτέροις αὐτὸς εἴωθε προσαγορεύειν ἐμπύημα, τὴν δ᾽ ἔσω ῥῆξιν αὐτοῦ τὴν εἰς τὴν γαστέρα λέγει. ταύτῃ γὰρ ἔμετος ἕπεται, ὡς αἵ γε τὸν κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονα φυμάτων ῥήξεις οὐκ ἐμέτους, ἀλλ᾽ ἐκ ἀνάγκης μὲν βῆχα, πολλάκις δὲ καὶ πνίγα φέρουσιν, ὥσπερ γε καὶ αἱ εἰς τὰ ἔντερα συῤῥήξεις τῶν ἐμπυημάτων διαχώρησιν ἐργάζονται πύου. κοινὸν δὲ πασῶν ῥήξεων ἔκλυσίς τε καὶ λειποψυχία, διὰ τὴν τοῦ ζωτικοῦ πνεύματος ἔκκρισιν, ὡς ἑτέρωθι δέδεικται.

---

guitur, quemadmodum ignem lignorum multitudine conjecta obrui et lucernae flammulam oleo affatim et repente offuſo opprimi cernimus.

VIII.

Ex tuberculi introrſum ruptione exſolutio, vomitio et animi defectio oboritur.

Tuberculum nominavit quod in aliis textibus ipſe empyema, hoc eſt ſuppurationem appellare conſuevit. Ipſius vero introruptionem in ventriculum effuſionem intelligit. Hanc enim ſequitur vomitio. Quemadmodum quae in thoracem et pulmonem fiunt tuberculorum ruptiones, non vomitiones, ſed tuſſim neceſſario concitant, ſaepe vero ſuffocationem invehunt: ſic etiam quae in inteſtina fiunt empyematum ruptiones puris dejectionem efficiunt. Porro omnium ruptionum communis eſt tum virium exſolutio tum animi defectus propter vitalis ſpiritus excretionem, ut alibi demonſtratum eſt.

θ'.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη ἢ καὶ σπασμὸς κακόν.

[296] *Οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ἡμᾶς ὠφελεῖ μεγάλα πρὸς τὸ πεισθῆναι γίνεσθαί ποτε παραφροσύνας ἐπ' ἐνδείᾳ παραπλησίῳ τρόπῳ τοῖς κατὰ κῶλα τρόμοις. ἐκεῖνά τε γὰρ ἀῤῥωστίᾳ τῆς κινούσης αὐτὰ δυνάμεως ἀστηρίκτους ἴσχει τὰς κινήσεις, ὅ τ' ἐγκέφαλος παραφόρους. διόπερ οὐδὲ σφοδρὸν γίνεταί ποτε τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς παραφροσύνης, ἀλλὰ μέτριόν τε καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ληρῶδες, αὐτὸς γὰρ εἴωθεν ὀνομάζειν λῆρον τὴν μετρίαν παρακοπήν. ἐὰν οὖν καὶ σπασμός ποτε συνέλθῃ τῇ τοιαύτῃ παραφροσύνῃ, παντάπασιν ἀνιάτως ἔχουσιν. ἔνια μὲν οὖν τῶν ἀντιγράφων διὰ τοῦ καὶ συνδέσμου γέγραπται, τινὰ δὲ τὸν παραδιαζευκτικὸν ὀνομαζόμενον ἔχει τὸ ἤ, καθ' ὃν καὶ ἡ παραφροσύνη μὲν οὐκ ἀγαθόν ἐστι σύμπτωμα μεθ' αἵματος ῥύσιν, εἰ καὶ μόνη συμβαίη. πολὺ δὴ μᾶλλον ὁ σπασμὸς, εἰ καὶ χωρὶς παραφροσύνης γένοιτο, μέγιστον δὲ κακὸν, εἰ ἀμφοῖν*

IX.

Ex ſanguinis profluvio deliratio aut etiam convulſio malum.

Hic aphoriſmus nobis ad fidem faciendam magnopere confert, delirationem nonnunquam ob defectum fieri conſimili modo quo artuum tremores. Hi namque artus propter facultatis ipſos moventis imbecillitatem infirmas habent motiones, cerebrum vero errabundas. Quapropter neque vehemens eſt hoc deſipientiae genus, ſed moderatum, atque, ut quispiam diceret, delirium. Ipſe ſiquidem moderatam deſipientiam delirationem appellare conſuevit. Si quando igitur tali deſipientiae convulſio acceſſerit, omnino deſperata res eſt. Quaedam igitur exemplaria per *et* conjunctionem copulativam ſcripta ſunt, quaedam vero per *vel* diſjunctivam nominatam habent, qua deſipientia poſt ſanguinis fluxum ſymptoma minime bonum eſt, etiam ſi ſola contigerit. Multo ſane magis convulſio, etiam ſi abſque deſipientia facta fuerit. Maximum denique malum

ἐστι σύνοδος. ὅπου γε καὶ μόνος ὁ διὰ τὴν ἄμετρον κένωσιν γενόμενος σπασμὸς ὀλεθριώτατόν ἐστι σύμπτωμα. τὸ μὲν γὰρ τῆς παραφροσύνης ἧττόν ἐστι κακόν.

ι'.

Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος ἢ λὺγξ ἢ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη κακόν.

(317) Ἐν τοῖς εἰλεοῖς οὐδὲν ὑπέρχεται κάτω καὶ τοῦτό ἐστιν ἴδιον ἀχώριστον τοῦ πάθους. ἔμετος δὲ οὐκ ἀεὶ σύνεστιν, ἀλλ' ὅταν ὀλεθρίως ἔχωσι. καὶ εἰ πλέον δὲ σπαράττονται καὶ κόπρος αὐτοῖς ἐπανέρχεται καὶ λύζουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ παραφρανοῦσι καὶ σπῶνται, συμπασχούσης τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων τῇ τοῦ στομάχου κακώσει. δοκεῖ δέ μοι γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα τῶν ἐντέρων, ἐν οἷς ἡ διάθεσίς ἐστιν, ἀπώσασθαι ἑαυτῶν τὴν κόπρον ἐφιεμένων, ὅταν ἀνιαρὰ διὰ χρόνου μῆκος ᾖ, μὴ δυναμένων δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς κάτω μέρεσι στέγνωσιν ἐκεῖθεν διαπέμπειν, ἀλλ' ἀναγκαζομένων

eſt, ſi utriusque conventus oboriatur. Quandoquidem ſola etiam convulſio ob immoderatam vacuationem facta ſymptoma eſt pernicioſiſſimum; nam deſipientia minus malum eſt.

X.

Ab ileo vomitio aut ſingultus aut convulſio aut deſipientia malum.

In ileis nihil ſubit deorſum idque hujus affectionis proprium eſt inſeparabile. Vomitus autem non ſemper adeſt., ſed quum pernicioſe aegrotant. Quod ſi vehementius nauſea ac morſu diſtorqueantur, ſtercus ipſis tum remeat tum ſingultiunt. Nonnulli vero etiam deſipiunt et convelluntur, principio nervorum propter ſtomachi vitium affecto. Haec vero ſymptomata fieri videntur inteſtinis, quibus inſidet talis affectus, a ſeſe ſtercus depellere appetentibus, temporis longitudine moleſtum, neque propter factam in partibus inferioribus viae coarctationem, illuc transmittere nequeuntibus, ſed coactis inverſo na-

ἔμπαλιν τῇ φύσει κινεῖσθαι βιαίως καὶ πρὸς τὴν ἄνω χώραν ἐκθλίβειν τὰ λυποῦντα.

ια'.

[297] *Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη κακόν.*

Ἐν μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ πρόσκειται τὸ κακόν, ἔν τισι δ' ἁπλῶς οὕτως γέγραπται· ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονία, βουλομένων τῶν οὕτως γραφόντων οὐχ ὅτι κακόν ἐστιν ἢ ἀγαθὸν ἐπιγινομένη πλευρίτιδι περιπνευμονία διδάσκειν νῦν αὐτὸν, ἀλλ' ἁπλῶς αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὅτι μεταπίπτειν εἴωθε πλευρῖτις εἰς περιπνευμονίην ἢ ἐπιγίνεσθαι πλευρίτιδι περιπνευμονίαν. μεταπίπτει μὲν οὖν ὅταν τοῦ προτέρου παυσαμένου ἕτερον γένηται, ἐπιγίνεται δὲ ὅταν διαμείναντος ἐκείνου προσγένηται ἕτερον. ἀλλὰ νῦν φαίνεται περὶ τῶν ἐπιγινομένων ὁ Ἱπποκράτης γράφων, οἷς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς καὶ τὸ κακοῖς εἶναι ὑπάρχει. ὥστε κἂν μὴ πρόσκειται τὸ

turae ordine violenter moveri et ad loca fuperiora noxiam materiam extrudere.

XI.

A pleuritide peripneumonia malum.

In plurimis quidem exemplaribus ad aphorifmi finem adjectum eft *malum;* in quibusdam vero ita fimpliciter fcribitur; volentibus qui fic fcribunt non effe bonum vel malum peripneumoniam pleuritidi fupervenientem nunc Hippocratem docere, fed fimpliciter hoc ipfe unum tantum pleuritin fcilicet in peripneumoniam transmutari folere aut pleuritidi peripneumoniam fupervenire. Degenerat igitur morbus, quum priore ceffante fuccedit alter; fuccedit autem quum priore permanente alter accedit. Verum hoc loco videtur Hippocrates de fupervenientibus agere, quibus ftatim ab initio malis effe accidit. Quare

κακὸν, ἤτοι γε ἐπακουστέον αὐτὸ κατὰ τὸν ἀπὸ κοινοῦ λεγόμενον τρόπον ἢ δυνάμει δηλοῦσθαι νομιστέον. ἅπασα γὰρ ἡ τῶν οὕτως ἐπιγινομένων σύστασις οὐ σμικροῖς οὐδ' ἐπιεικέσιν ἕπεται νοσήμασιν, ἀλλὰ μεγάλοις τε καὶ κακοήθεσιν· οἷον εὐθέως ἐπὶ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸν ἀφορισμὸν παθῶν, ὅταν μὴ στέγηται κατὰ τὰς πλευρὰς ὁ τὴν πλευρῖτιν ἐργαζόμενος χυμὸς, ἀφικνεῖταί τι μέρος αὐτοῦ καὶ πρὸς τὸν πνεύμονα. τῇ μέντοι περιπνευμονίᾳ πλευρῖτις οὐ πάνυ τι πέφυκεν ἕπεσθαι, διότι καὶ μὲν τὴν ἐπιεικῆ περιπνευμονίαν ἐκκαθαίρεται πᾶς ὁ λυπῶν χυμὸς ἀναβηττόμενος. ἐν δὲ ταῖς ὀλεθρίαις φθάνει πνίγειν πρὸ τοῦ τὰς πλευρὰς συμπαθεῖν.

ιβ'.

Ἐπὶ περιπνευμονίης φρενῖτις κακόν.

Ὅταν ὑπὸ θερμοῦ χυμοῦ περιπνευμονία, πολλοὺς ἀτμοὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπουσα πληροῖ τὸν ἐγκέφαλον ἀτμῶν

etiam fi hoc nomen *malum* non adjiciatur, fit tamen vel fubaudiendum, quomodo vulgo enunciatur, vel poteftate fignificari exiftimandum. Omnis enim ejusmodi fupervenientium ortus non parvos nec faciles, fed magnos et malignos morbos fequitur. Exempli gratia ne a propofitis hoc aphorifmo affectibus recedam, quum is humor qui pleuritin procreat pleuris contineri nequeat, pars ejus aliqua ad pulmonem etiam pervenit, unde fequitur peripneumonia, quam tamen non admodum pleuritis fequi folet; facili quidem et miti peripneumonia totus humor noxius tuffi rejectus expurgatur; exitiali vero ac perniciofa prius aeger fuffocatur, quam membranae coftas fuccingentes afficiantur.

XII.

A peripneumonia phrenitis malum.

Quum a calido humore fit peripneumonia, ea multis vaporibus in caput fublatis replet cerebrum et phreniti-

καὶ φρενῖτιν ἐργάζεται. τὰ δ' ἄλλα κοινὰ πρὸς τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον ἀφορισμὸν, οὐκ ἐν τούτῳ μόνον, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἐφεξῆς.

ιγ'.

[298] *Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς ἢ τέτανος κακόν.*

Οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγητῶν οὕτως ἴσασι γεγραμμένον ἀφορισμὸν τοῦτον, ὁ δὲ Μαρῖνος ἐπὶ τραύμασι γράφει. καὶ γὰρ τὸν ἑξῆς ἀφορισμὸν αὐτῷ φησι μαρτυρεῖν. ἀληθὲς μὲν οὖν καὶ τὸ τοῖς ἰσχυροῖς τραύμασι φλεγμονάς τε καὶ σπασμοὺς γίνεσθαι. τῶν δ' ἐξηγησαμένων σχεδὸν ἁπάντων καὶ μάλιστα τῶν παλαιοτάτων, τὴν ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖς γραφὴν ἐπισταμένων, ἄμεινον καὶ ἡμᾶς ἐκείνην ἐξηγεῖσθαι. τινὲς μὲν οὖν τὸ καύμασιν ἐν ἴσῳ τῷ πυρετοὺς ἤκουσαν, ἔνιοι δὲ τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος πύρωσιν οὕτως εἰρῆσθαί φασιν. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ καυτηρίοις τε καὶ ἐσχάραις καὶ πάντες ἀληθεύουσιν. ἐπιγίνονται γὰρ ἅπασι τούτοις οὐκ

dem efficit. Quae vero cetera ad prius pronunciatum aphorifmum non huic folum, fed et fequentibus communia funt.

XIII.

A vehementibus ardoribus convulfio aut tetanus malum.

Plurimi interpretes hunc aphorifmum ita fcriptum effe noverunt; Marinus vero propter vulnera fcribit. Etenim fequentem aphorifmum fibi ait adftipulari. Sane quidem verum eft propter magna vulnera tum inflammationes tum convulfiones oboriri. Sed quum omnes fere enarratores ac maxime vetuftiffimi hunc textum agnofcunt: *a vehementibus ardoribus;* nos quoque eundem praeftat exponere. Quidam igitur ardores peraeque ac febres intellexerunt; nonnulli vero aëris ambientis aeftum ita dici autumant; nonnulli denique pro cauteriis et efcharis, atque omnes verum proferunt. His enim omnibus non boni

Ed. Chart. IX. [298.] Ed. Baf. V. (317.)

ἐπ' ἀγαθῷ τέτανοί τε καὶ σπασμοὶ κατὰ ξηρότητα τῶν νεύρων, οὕσπερ χαλεπωτάτους ἐδείκνυμεν ὄντας.

ιδ'.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη κακόν.

Ἡ μὲν γὰρ παραφροσύνη γνωρίζεται, φθεγγομένων τε καὶ πραττόντων οὐδενὸς ἐχόμενα λόγου. ἡ δ' ἔκπληξίς ἐστιν, ὅταν μὴ φθέγγωνταί τι, μήτε πράττωσιν, ἀλλ' ἀναπεπταμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐφ' ἡσυχίας μένωσιν ὁμοίως τοῖς ὑπὸ δέους ἐκπλαγεῖσιν. ὅτι δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα πάσχοντος ἐγκεφάλου γίνεται πρόδηλον· ἐδείχθη γὰρ ἐν ἐκείνῳ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν. ἐὰν γοῦν ἐπὶ τῇ τελευτῇ προγεγραμμένον ἢ τὸ κακὸν, εὔδηλον ὡς ὀρθῶς εἴρηται. διήκει γὰρ εἰς αὐτὸν εἴσω τὸν ἐγκέφαλον ἐνδείκνυται τὴν πληγήν. ἐὰν δὲ μὴ προσγράφηται, δυνατὸν ἡμῖν ἐστι καὶ προσυπακοῦσαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔφαμεν ἀπὸ κοινοῦ.

cujusdam gratia ſuperveniunt tetani et convulſiones propter nervorum ſiccitatem, quas perarduas eſſe demonſtrabamus.

XIV.

Ob plagam in capite acceptam ſtupor aut deſipientia malum.

Deſipientia quidem agnoſcitur diſſentanea et rationis nihil habentia, tum loquentibus tum agentibus. Stupor vero eſt, quum aegri quidquam neque loquuntur neque agunt; ſed apertis oculis quieti manent timore perculſis et attonitis ſimiles. Quod vero haec omnia affecto cerebro oboriantur manifeſtum eſt; in eo enim animae principatum eſſe demonſtratum eſt. Si igitur in aphoriſmi fine ſcriptum ſit, *malum*, conſtat recte dictum fuiſſe. Initio namque in ipſum cerebrum penetrare plagam indicat. Si vero non adſcribatur, nos nihilo minus de com-

δυνατὸν δὲ καὶ τῷ συνενδείκνυσθαι τὰ συμπτώματα τὴν βλάβην τοῦ ἐγκεφάλου τὸ μέγεθος τῆς κακώσεως ἐπινοεῖν.

ιε'.

[299] *Ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις κακόν.*

Ὅτι πᾶς οὗτος ὁ κατάλογος αὐτῷ τῶν καλουμένων ἰδίως ἐπιγινομένων ἐστὶν, ὑπὲρ ὧν καὶ Πραξαγόρας ἓν ὅλον οὐ σμικρὸν ἔγραψε βιβλίον, εὔδηλον εἶναι νομίζω κἀξ αὐτοῦ τοῦ ἀφορισμοῦ. οὐ γὰρ ἅπασα πτύσις αἵματος ἑπομένην ἔχει πύου πτύσιν, ἀλλ' ἡ κακοήθης μόνη, διὸ καὶ ἐκ τοῦ πνεύμονος τοὐπίπαν ἡ τοιαύτη.

ιστ'.

Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις. ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

muni ipſum ſubaudire commonſtrant etiam laeſionis magnitudinem animadvertere poſſumus.

XV.

A ſanguinis ſputo puris ſputum malum.

Quod univerſa haec ipſi enumeratio ſit eorum quae proprie ſupervenientia vocantur, de quibus Praxagoras unum integrum non parvum librum conſcripſit vel etiam ex ipſo aphoriſmo manifeſtum eſſe auguror. Non enim omne ſputum ſanguinis ſequentem habet puris exſpuitionem, ſed quod ſolum malignum exiſtit, cujusmodi omnino eſt quod letale ex pulmone editur.

XVI.

A puris ſputo tabes et fluxus. Quum vero ſputum ſiſtitur, intereunt.

Ed. Chart. IX. [299. 300.] Ed. Baf. V. (317.)

Ἣν ἰδίως ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες καὶ μάλιστ' αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φθόην, ταύτην νῦν ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασε φθίσιν, ἐπὶ πνεύμονος ἑλκώσεσιν ἀνιάτοις, γιγνομένης ἅπαντος τοῦ σώματος ἰσχνότητος μετὰ πυρετοῦ λεπτοῦ. τὸ δὲ ῥύσις ἤτοι κατὰ τῆς τῶν τριχῶν ἐκπτώσεως ἢ κατὰ τῆς ὑγρᾶς διαχωρήσεως εἴρηκεν, ἀμφότερα γὰρ εἴωθε γίνεσθαι, ἐσχάτως ἐχόντων τῶν φθινόντων, τὸ μὲν ἐπὶ ξηρότητι, τὸ δ' ἐπ' ἀῤῥωστίᾳ δυνάμεως. τό γε μὴν ἐπὶ τέλει γεγραμμένον· ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσι τὸν τρόπον δηλοῖ τοῦ θανάτου τῶν ὑπὸ φθόης ἀπολλυμένων. ἄχρι γὰρ τοσούτου ζῶσιν ἰσχνοὶ γιγνόμενοι, μέχρι περ ἀναβήττειν δύνανται καὶ καθαίρειν διὰ τῶν ἀναπτυομένων τὸν πνεύμονα. μενόντων δ' ἔνδον αὐτῶν ἐμφράττονται μὲν αἱ τῆς ἀναπνοῆς ὁδοὶ, πνίγονται δ' οἱ πάσχοντες.

ιζ'.

[300] Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λὺγξ κακόν.

Quam proprie Graeci maximeque Athenienfes phthoen nominant, eam nunc Hippocrates phthifin appellavit, quum propter infanabilia pulmonis ulcera totius corporis attenuatio fit et macies cum debili febre conjuncta. Fluxum autem vel de capillorum defluvio vel de humida dejectione protulit. Utrumque enim tabidis ad extrema redactis evenire confuevit, illud quidem ob ficcitatem, haec vero ob facultatis infirmitatem. Ceterum quod in aphorifmi fine fcriptum eft: *quum vero fputum fiftitur intereunt*, interitus phthoe pereuntium modum explicat. Tamdiu namque extenuati vivunt, quamdiu extuffire et per fputa pulmonem expurgare poffunt. Quum vero intus ipfa manent, refpirationis obftruuntur viae et aegroti fuffocantur.

XVII.

Ob jecoris inflammationem fingultus malum.

Εἶπον ἤδη καὶ πρόσθεν ὡς ἅπαντες οὗτοι οἱ ἐφεξῆς ἀλλήλων ἀφορισμοὶ γεγραμμένοι διδάσκουσι περὶ τῶν ἐπιγενομένων συμπτωμάτων τοῖς πάθεσιν αὐξανομένοις καὶ χείροσιν αὐτῶν γιγνομένας· οὕτως οὖν καὶ νῦν ἡ λὺγξ ἐφ᾽ ἥπατι φλεγμαίνοντι γίνεσθαι λέλεκται, οὐ διὰ παντὸς οὔθ᾽ ὡς ἔτυχε πάσχοντος, ἀλλ᾽ ὅταν εἰς μέγεθος αἴρηται (318) ζεούσης τῆς φλεγμονῆς, ὑφ᾽ ἧς εἰς συμπάθειαν ὁ στόμαχος ἔρχεται, ποτὲ μὲν τῷ λόγῳ τῶν κοινῶν νεύρων, ἅπερ ἐστὶν (ὡς αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐδίδαξε) βραχύτατα. διὸ καὶ τότε μόνον ἡ συμπάθεια γίνεται τῷ στομάχῳ πρὸς τὸ ἧπαρ, ὅταν καὶ ἡ φλεγμονὴ μεγίστη τε καὶ χειρίστη γένηται. καὶ μέντοι καὶ διὰ τὸ χολὴν ἱκανῶς θερμήν τε καὶ πολλὴν ἐν ταῖς φλεγμοναῖς τοῦδε τοῦ σπλάγχνου γεννᾶσθαί τε καὶ συῤῥεῖν εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν ἐντέρων, ἧς ἐπιπολαζούσης καὶ ἀναθεούσης εἰς τὴν γαστέρα δάκνεσθαί τε καὶ διὰ τοῦτο λύζειν τῷ στομάχῳ συμβέβηκεν. ἔνιοι δὲ οἴονται τὸ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς τοῦ ἥπα-

Jam fuperius etiam protuli hos omnes ferie confcriptos aphorifmos ea docere fymptomata quae morbis augefcentibus et ingravefcentibus fuperveniunt. Ita fane nunc fingultus quoque jecori inflammatione laboranti dicitur fupervenire, non quidem femper, neque quomodocunque affecto, fed quum fervente inflammatione in magnitudinem attollitur, quo fervore ftomachus in fympathiam et mali confenfum venit, communium nonnunquam nervorum ratione qui, ut ipfe fecundo epidemiorum docuit, funt perexigui. Quare tunc folum jecoris fit cum ftomacho affectionis communicatio, quum phlegmone tum maxima tum peffima evaferit. Quin etiam quia per ejusmodi vifceris inflammationes bilis admodum calida et copiofa generatur et in inteftinorum principium confluit, inde ipfa in ventriculum evadente et innatante, ut ftomachus vellicetur et fingultiat accidit. Nonnulli vero inflammationis magnitudinem quod ventriculum premat,

τος θλῖβον τὴν κοιλίαν ἐργάζεσθαι τὴν λύγγα, διέξοδον οὐκ ἔχοντος ὡς ἐκεῖνοί φασι τοῦ πνεύματος.

ιη'.

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη κακόν.

Ἔνιοι προστιθέασι κἀνταῦθα τὸ κακόν. ἡμῖν δ' εἴρηται πρόσθεν ὡς εἰ μὴ καὶ προστεθείη περιέχονται δυνάμεις. διὰ τί δὲ ταῖς ἀμέτροις ἀγρυπνίαις ἕπεται σπασμὸς ἢ παραφροσύνη, δῆλόν ἐστι τῷ μεμνημένῳ τῶν ἔμπροσθεν. ὁ μὲν γὰρ σπασμὸς ἐῤῥέθη καὶ πρὸς αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ὥσπερ ὑπὸ πληρώσεως, οὕτω καὶ κενώσεως γίνεσθαι. κενωτικώτατόν τι δὲ καὶ ξηραντικώτατόν ἐστιν ἡ ἀγρυπνία, καὶ διὰ τοῦτο τόν τε κατὰ ξηρότητα [301] φέρει σπασμὸν καὶ παραφροσύνην, αὐτῷ τῷ λόγῳ τῆς ἀμέτρου ξηρότητος καὶ πρὸς τούτῳ, διότι χολωδέστερον ἐν ταῖς μακραῖς ἀγρυπνίαις γίνεται τὸ αἷμα. κατά τινα μέντοι τῶν ἀντιγράφων καὶ τά γε ἀκριβέστατα χωρὶς τῆς

ſingultum facere arbitrantur, ſpiritu, quemadmodum inquiunt, exitum non habente.

XVIII.

Ob vigiliam convulſio aut delirium malum.

Nonnulli quoque hic malum addunt; nos vero ſuperius diximus, etiamſi non ſubjungatur, poteſtate tamen contineri. Cur autem immoderatas vigilias ſequatur convulſio aut deſipientia, ſuperiora recordanti manifeſtum eſt. Nam quemadmodum ab ipſo Hippocrate convulſionem a repletione, ſic etiam a vacuatione oboriri pronunciatum eſt. Maximam autem vacuandi et exſiccandi vim habent vigiliae proptereaque ob ſiccitatem convulſionem et deſipientiam invehunt, tum ipſa immoderatae ſiccitatis ratione tum praeterea quia per longas vigilias bilioſior ſanguis redditur. In quibusdam tamen exemplaribus iisque

παραφροσύνη γέγραπται ὁ ἀφορισμὸς τρόπῳ τοιῷδε· ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς, ὡς ἂν οἶμαι, τὰ κάκιστα τῶν ἐπιγινομένων ἐνταῦθα γράφοντος τοῦ Ἱπποκράτους.

ιθ'.

Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει ἐρυσίπελας.

Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ μάλιστα χρὴ προσυπακούειν τὸ κακόν· οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γέ φησιν ὡς διὰ παντὸς ἢ ὡς τὸ πολὺ τοῖς ἐψιλωμένοις ὀστοῖς ἐρυσίπελας ἐπιγίνεται. τοὐναντίον γὰρ πᾶν ἀληθές ἐστι, τῷ σπανίῳ ἕπεσθαι τοῖς οὕτω παθοῦσιν ὀστοῖς ἐρυσίπελας· ἀλλ᾽ ὅτι μοχθηρόν ἐστι σύμπτωμα, συγγυμνωθέντος ὀστοῦ τὴν πέριξ σάρκα φανῆναι κατειλημμένην ἐρυσιπέλατι.

κ'.

Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν ἢ ἐκπύησις.

accuratiſſime ſcriptis ſine deſipientia ſcribitur hoc modo: *ob vigilias convulſio*, ut arbitror peſſima ſupervenientia hoc loco ſcribente Hippocrate.

XIX.

Ab oſſis nudatione eryſipelas.

Hoc maxime aphoriſmo *malum* ſubaudiendum eſt. Non enim hoc dicit ſemper aut plerumque nudatis oſſibus eryſipelas ſupervenire; contrarium enim omnino verum eſt, ita ſcilicet affectis oſſibus eryſipelas raro ſupervenire, ſed pravum eſſe ſymptoma, oſſe nudato carnem circumſtantem obſeſſam eryſipelate conſpici.

XX.

Ab eryſipelate putredo aut ſuppuratio malum.

Πρόδηλον δή που καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐστὶν, ὡς τοῖς κακοήθεσιν ἐρυσιπέλασιν ἐπιγίνεται ταῦτα.

κα'.

Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖς ἕλκεσιν αἱμοῤῥαγίη.

Ἐν τοῖς φλεγμαίνουσιν ἕλκεσιν ὁ σφυγμὸς γίνεται μὴ φερούσης τῆς ἐπικειμένης ταῖς ἀρτηρίαις σαρ- [302] κὸς τὴν κένωσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὀδυνωμένης, ὅταν ἐμπίπτωσιν αὗται διαστελλομέναι. ἔστι γὰρ ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ὀδυνηρά τις αἴσθησις, ἐκ τῆς τῶν ἀρτηριῶν κινήσεως γινομένη, ὧν οὐδὲ αἰσθανόμεθα τὴν ἀρχὴν, ἔν γε τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν τὰ μόρια, διά τε τὸ τῆς ὁμιλίας αὐτῶν ἄλυπον καὶ διὰ τὴν εὐρυχωρίαν, ἐν ᾗ κινοῦνται. φλεγμονὴν δὲ ἥ τε στενοχωρία καὶ τὸ τῆς διαθέσεως ὀδυνηρὸν αἴσθησιν ἀνιαρὸν ἐργάζεται τοῖς κάμνουσιν, ἐκ τῆς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν, ἣν καλοῦσιν οὐκ ἰατροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι σφυγμόν. ἔοικε δὲ καὶ ἡ κίνησις αὕτη τῶν ἀρτηριῶν κατὰ

Hac profecto etiam oratione conſtat malignis eryſipelatis iſta ſupervenire.

XXI.

A vehementi in ulceribus pulſu haemorrhagia malum.

In ulceribus inflammatis pulſus fit carne arteriis incumbente ipſarum motum non ferente, ſed dolente, quum dilatatae concidunt. Eſt enim hujusmodi pulſus moleſtus quidam ſenſus et dolor arteriarum motione factus, quas ab initio quum partes ſecundum naturam habebant, non ſentiebamus, tum propter earum viciniam dolore vacantem, anguſtia et affectus dolorificus moleſtum laborantibus ſenſum ex arteriarum motu invehunt, quem non ſolum medici, verum etiam omnes homines vocitant. Porro is ipſe arteriarum motus per tales affectus augeri videtur.

τὰς τοιαύτας διαθέσεις αὔξάνεσθαι. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ὡς ἔστι καὶ ἡ τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικὴ μία τις ἐν αὐτοῖς δύναμις, ἥτις καὶ τοὺς κρισίμους ἱδρῶτας ἐργάζεται καὶ τὰς αἱμοῤῥαγίας καὶ τὰς τῆς γαστρὸς ὑποχωρήσεις, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. κατὰ ταύτην οὖν τὴν δύναμιν ἐνίοτε σφοδρότερον ἡ φύσις ἐνεργοῦσα μεγάλην τε ἅμα καὶ βίαιον ἐργάζεται τὴν κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν, ἐφιεμένη διώσασθαι τὰ λυποῦντα καὶ οὕτως ἐπιφέρει τὰς αἱμοῤῥαγίας.

κβ'.

Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἐκπύησις.

Εἴτε γὰρ ψύξις εἴθ᾽ ὅλως ἀνώμαλός τις εἴη δυσκρασία περὶ τὴν κοιλίαν εἴτε πνεῦμα φυσῶδες εἴτε δριμύτης τις δακνώδης ἀδύνατον αὐτοῖς εἰς πολὺν ἐκταθῆναι χρόνον ἁπάντων δεόντως περὶ τὸν κάμνοντα γιγνομένων. ἀναγκαῖον γὰρ τοῦτο προσυπακούειν ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις λόγοις.

Nam in commentariis de naturalibus facultatibus demonſtratum eſt quandam ipſis etiam ineſſe alienorum expultricem facultatem, quae et ſudores criticos et ſanguinis eruptiones et alvi dejectiones et ejusmodi cetera promovet. Hac itaque facultate nonnunquam vehementius agens natura et magnum ſimul et violentum arteriarum motum efficit, appetens quae moleſta ſunt depellere, atque ita haemorrhagias invehit.

XXII.

A diuturno partium alvinarum dolore ſuppuratio.

Sive enim perfrigeratio ſive omnino inaequalis quaedam intemperies circa ventrem fuerit ſive flatulentus ſpiritus ſive quaedam mordax acrimonia, quo in longum protrahatur tempus fieri non poteſt, omnibus ad aegri curationem opportune geſtis. Hoc enim omnibus ejusmodi orationibus ſubaudiri debet. Reſtat igitur adhuc

ὑπολείπεται γοῦν ἔτι διὰ φλεγμονὴν χρονίζειν τὴν ὀδύνην, ἥτις ἐκπυήσει τῷ χρόνῳ δηλονότι μὴ φθάσαντός γε ἀποθανεῖν τοῦ ἀνθρώπου. καὶ γὰρ τοῦτο χρὴ προσυπακούειν ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις ἅπασιν.

κγ'.

Ἐπὶ ἀκράτῳ χωρήσει δυσεντερία.

---

[303] Ἀκρήτους ὑποχωρήσεις εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης τὰς ἀμίκτους ὑγρότητος ὑδατώδους, αὐτὸν μόνον ἐχούσας εἰλικρινῆ ὑπερχόμενον κάτω χυμὸν, εἴτε τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς εἴτε τὸν τῆς μελαίνης. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ὑποχωρήσεσιν ἀναβρωθῆναί τι τῶν ἐντέρων.

κδ'.

Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

---

propter inflammationem dolorem manere, quae nimirum inflammatio fuppurabit temporis fpatio, nifi hominem mors praeripiat. Etenim hoc quoque in omnibus talibus orationibus fupplere oportet.

XXIII.

A fincera dejectione dyfenteria.

Sinceras dejectiones nominare confuevit Hippocrates nulli aquofae humiditati permixtas, quae folum eum purum et fimplicem humorem fortiuntur qui per inferiora dejicitur, five is fit bilis flava five atra. Itaque mirum non eft, fi per tales dejectiones aliqua pars inteftinorum erodatur.

XXIV.

Ab offis perfectione delirium, fi ad vacuum ufque pervaferit.

Ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν ὀστέου δηλονότι διακοπέντος οὐχ ἁπλῶς οὐδ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μέχρι τῆς ἐντὸς ἐπιφανείας, ἣν περιέχουσα τὸν ἐγκέφαλον ἐνδέχεται κενὴ χώρα, παραφροσύνη γίνεται· πλησιάζει γὰρ ἤδη τὸ πάθημα ταῖς μήνιγξι καὶ τῷ ἐγκεφάλῳ. Μαρῖνος δὲ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἰδίᾳ μὲν ἀναγινώσκειν ἀξιοῖ τὸ ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη. ἰδίᾳ δὲ αὖθις ἀρχὴν ἀφορισμοῦ δευτέρου ποιεῖται, τὸ ἢν κενεὸν λάβῃ, προστιθεὶς αὐτῷ τὸ ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, οὕτως ὡς ὅλος ἀφορισμὸς τοιοῦτος γίνηται· ἢν κενεὸν λάβῃ ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες. εἰκότως τε γάρ φησιν εἰρῆσθαι τοῦτο. τὸν γὰρ ἐπὶ κενώσει γινόμενον σπασμὸν ἀεὶ μέμφεσθαι τὸν Ἱπποκράτην. ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐτὸ καλῶς εἶπεν ὁ Μαρῖνος, ὡς ὁ διὰ κένωσιν ἄμετρον γινόμενος σπασμὸς, ὀλέθριόν ἐστιν. οὕτω γοῦν καὶ ὁ ἐκ φαρμακοποσίης ὀλέθριος γίνεται· τὸ πρότερον δ᾽ οὐκ αἰσθάνεται λόγον ἐργαζόμενος ψευδῆ· τὸ γὰρ ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ τὴν παραφροσύνην γίνεσθαι προφανῶς ψεῦδός ἐστιν. οὔτε γὰρ κατ᾽ ἄλλο τι τῶν ὀστῶν οὔτε κατὰ

Deſipientia fit oſſe capitis nimirum perſecto non ſimpliciter neque ut ſors tulerit ad interiorem uſque ſuperficiem, quam vacuus excipit locus, cerebrum continens. Jam enim affectio membranis et cerebro adjacet. At vero Marinus neſcio quo modo ſeorſum illud legendum eſſe cenſet: *ab oſſis perſectione deſipientia.* Deinde alterius aphoriſmi ſeorſum facit principium: *ſi aduſque vacuum pervaſerit;* hoc ipſi addito: *a medicamenti potione convulſio:* ut totus aphoriſmus ſit hujusmodi, *ſi ad vacuum prehenderit a medicamenti potione convulſio, letale.* Hanc etenim lectionem inquit rationi conſentaneam eſſe. A vacuatione ſiquidem partam convulſionem ſemper damnat Hippocrates. Verum hoc ipſum recte quidem Marinus, factam ab immoderata vacuatione convulſionem pernicioſam eſſe protulit. Sic et oborta ex pharmaci potione convulſio fuerit exitialis. At non animadvertit, aphoriſmum priorem falſum efficere. Ab oſſis enim perſectione deſipientiam fieri manifeſto falſum eſt. Neque enim alio quodam oſſe neque cerebrum cranio

τῆς κεφαλῆς ἕπεται τῇ διακοπῇ παραφροσύνη, πρὶν ἐπὶ τὰς μήνιγγας ἐξικέσθαι τὸ πάθος.

κέ.

(319) Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς θανατῶδες.

[304] Φαρμακοποσίας καὶ φαρμακείας ἰδίως εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν τὰς τῶν καθαιρόντων φαρμακείας μόνον. ὅτι δ' ἐπὶ τούτοις ἀμέτρως κενώσασι σπασμὸς ἐπιγινόμενος ὀλέθριόν ἐστιν, εἴ τις μέμνηται τῶν ἤδη πολλάκις εἰρημένων οὐκ ἀγνοεῖ.

κϛ'.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις κακόν.

Γίνεται μὲν ὡς καὶ πρόσθεν ἐῤῥέθη καὶ διὰ μέγεθος φλεγμονῆς σπλάγχνων ἡ τῶν ἀκρωτηρίων ψύξις. γίνεται δὲ

tegente perfecto, deliratio prius sequitur quam ad meningas affectio pervenerit.

XXV.

A medicamenti potione convulsio letale.

Pharmacoposias et pharmacias peculiaris Hippocratis mos appellandi eas duntaxat potiones, quae purgantibus constant medicamentis. Quod autem istis quum immoderatius vacuaverint, superveniens convulsio sit perniciosa, si quis eorum multoties a nobis promulgatorum meminerit, non ignorat.

XXVI.

A vehementi partium alvinarum dolore extremorum refrigeratio malum.

Extremarum corporis partium refrigeratio fit, quemadmodum et supra dictum est, tum propter inflammationis

καὶ διὰ λειποψυχίαν ἢ τὸ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ἢ τὸ πνίγεσθαι διὰ πλῆθος καὶ μάλισθ' ὅταν ψυχρὸν εἴη. γίνεται δὲ καὶ διὰ ὀδύνην ἰσχυρὰν ἐν τοῖς μέσοις τοῦ σώματος ὑπάρχουσαν, δι' ἣν συστέλλεται μὲν ἡ φύσις εἰς ἑαυτὴν, ἕπεται δ' αὐτῇ καὶ τὸ αἷμα καταλεῖπον οὐ μόνον τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος, οἷον πόδας καὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν, ἀλλὰ καὶ σύμπαν τὸ δέρμα. μερικὴν οὖν τινα αἰτίαν εἴρηκεν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, ψύξεως ἀκρωτηρίων, ὥσπερ καὶ κατ' ἄλλους πολλοὺς ἐδείχθη λόγους τοῦτο πράττων, καὶ θαυμαστὸν οὐδέν ἐστι τὸν ἐξευρίσκοντα πρῶτον πολλὰ μὴ πάντων ὁμοῦ τὴν εὕρεσιν, ἀλλ' ἑκάστου κατὰ μέρος ποιεῖσθαι.

κστ'.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγινόμενος ἐκτρῶσαι ποιέει.

---

viſcerum magnitudinem tum ob animi defectum tum quod calor nativus exſtinguatur aut multitudine, praeſertim ſi frigida fuerit, ſuffocetur. Fit etiam propter vehementem dolorem et medias corporis partes occupantem, ob quem natura in ſe ipſam contrahitur atque intro ſe recipit, eamque ſequitur ſanguis, non ſolum extremas corporis partes deſerens, veluti pedes, manus et caput, ſed etiam cutem univerſam. Particularem igitur quandam hoc aphoriſmo Hippocrates cauſam attrahit frigoris partium ſummarum, quemadmodum in aliis quoque multis placitis hoc ipſum feciſſe oſtendimus. Nequaquam vero mirum eſt, qui primus multa adinvenit, eum non omnium ſimul, ſed cujusque ſigillatim inventionem feciſſe.

XXVII.

Mulieri utero gerenti ſi teneſmus oboriatur, abortum efficit.

Περὶ τὸ καλούμενον ἀπευθυσμένον ἔντερον ὁ τεινεσμὸς γίνεται τὴν αὐτὴν ἔχων αἰτίαν τε καὶ διάθεσιν, ἣν ἐν ταῖς δυσεντερίαις λαμβάνει τῶν ἄλλων τι τῶν ὑπερκειμένων ἐντέρων. ὠνομάσθαι δὲ τὸ πάθος ἀπὸ τῆς [305] τάσεώς φασι τῆς γινομένης κατ᾽ αὐτὴν, δι᾽ ἣν καὶ προθυμούμενοι σφοδρῶς ἀποπατεῖν ἐξανίστανται συνεχῶς. διὰ τὴν τοιαύτην οὖν ἔντασίν τε καὶ κακοπάθειαν τό τ᾽ ἄλλο πᾶν σῶμα κάμνει καὶ μάλιστα πάντων ἡ μήτρα, συμφυὴς οὖσα τῷ ἀπευθυσμένῳ. θαυμαστὸν δ᾽ οὐδὲν ἐπὶ σφοδραῖς τε καὶ συνεχέσιν ἐξαναστάσεσι καὶ τάσεσι ἐκτιτρώσκεσθαι τὸ κυούμενον, ὅτε καὶ ἐπὶ ταῖς ἄλλαις σφοδραῖς ἤτοι κινήσεσιν ἢ ὀδύναις τῆς κυούσης ἐκτιτρώσκεσθαι πέφυκεν.

κη'.

Ὅ τι ἂν ὀστέον ἢ χόνδρος ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι οὔτε αὔξεται οὔτε συμφύεται.

Tenefmus fit in recto inteftino vocato, eandem et caufam et affectionem habens, quam per dyfenterias fufcipit aliorum quoddam fuperiorum inteftinorum. Hunc autem affectum *ἀπὸ τῆς τάσεως*, hoc eft a contentione ab ea quae ipfo fit contentione nominari proferunt, qua quum alvum folvere vehementer nituntur, crebro expurgant. Tali igitur contentione ac molefta follicitatione quum totum corpus tum prae ceteris uterus recto inteftino coalefcens laborat. Nihil autem mirum eft per vehementes ac frequentes exfurrectiones et contentiones conceptum aboriri, quum et propter alias vehementes five motiones five partus dolores gravidae foleant abortire.

XXVIII.

Os quodcunque perfectum fuerit aut cartilago aut nervus, neque augetur neque coalefcit.

Καὶ οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ἔμπροσθεν ἤδη γέγραπται κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον ἢ χόνδρος ἢ νεῦρον ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται οὔτε συμφύεται, καὶ ἐφθάσαμεν αὐτὸν ἐξηγήσασθαι μετὰ τὸ ἕκτον ὑπόμνημα.

κθ'.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἰσχυρὴ ἐπιγένηται, λύει τὴν νοῦσον.

Σύνηθές ἐστι τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ὀνομάζειν τινὰ λευκοφλεγματίαν ὕδερον ἤγουν ὡς καὶ πελιδνοῦ τινος φλέγματος ἢ ὡς κατὰ μὲν τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὑπάρχοντος ἀεὶ λευκοῦ, δι' ἐπιμιξίαν δέ τινα τῶν ἄλλων χυμῶν μεταβάλλοντος τὸ ἀκριβὲς τῆς χρόας. δύναται δὲ καὶ ὡς ἐν τῷ περὶ ἄρθρων ἔγραψε· σπόνδυλοι δ' οἱ κατὰ ῥάχιν οὐχ ὡς οὐκ ὄντων τῶν σπονδύλων ἑτέρωθι διοριζόμενος, ἀλλ' ἁπλῇ προσ-

Atque hic aphorifmus fupra jam fcriptus eft his verbis: quum os perfectum fuerit aut cartilago aut nervus aut tenuis genae particula aut praeputium, neque augefcit neque coalefcit, atque ipfum explicare fexto commentario praecidimus.

XXIX.

Si alba pituita detento vehemens diarrhoea fuccedat, morbum folvit.

Aliis quoque medicis confuetum eft quendam hyderum leucophlegmatiam feu albam pituitam appellare aut certe quod exiftat etiam livido quaedam pituita aut fui quidem ratione perpetuo fit alba, fed propter quorundam aliorum humorum mixtionem verum fincerumque colorem mutat. Poteft etiam, quemadmodum libro de articulis fcripfit, *quae in fpina funt vertebrae*, non qui tanquam fint alibi vertebrae diftinguat, fed fimplici adjectione utatur, fic hoc

θήκῃ χρώμενος, οὕτως κἀνταῦθα χωρὶς διορισμοῦ τὴν προσθήκην τοῦ λευκοῦ πεποιῆσθαι. τὸ δ' ὑπὸ διαῤῥοίας ἰσχυρᾶς ἢ χρονίας, ἑκατέρως γὰρ γράφεται, λύεσθαι τὴν τοῦ λευκοῦ φλέγματος πλεονεξίαν κοινὸν καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ τῶν οὕτως εἰρημένων αὐτῷ.

λ'.

[306] *Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ ὑποχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥεῖ.*

Ἀδιορίστως εἴρηται τοῦτο, γένοιτο μὲν γὰρ ἄν ποτε τὸ διαχωρούμενον ἀφρῶδες, ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπιῤῥέοντος ὑγροῦ πνευματώδους εἰς τὴν γαστέρα· γένοιτό δ' ἄν ποτε καὶ τῶν εἰς αὐτὴν καθηκόντων ἀγγείων ἐκχεόντων αὐτό. συσταίη δ' ἂν ἐνίοτε καὶ κατὰ τὴν γαστέρα, μίαν μὲν ὡς ἂν εἴποι τις, ἔχον αἰτίαν συνεκτικὴν, ὅπως ἂν ἐκκρίνηταί τε καὶ γένηται, προηγουμένας δὲ πλείους. ἔστι δὲ ἡ συνεκτικὴ τοῦ τοιούτου φλέγματος αἰτία πνεῦμα φυσῶδες ἐν τῇ πρὸς

quoque loco abſque rei diſtinctione albi adjectionem feciſſe. Jam vero a forti vel diuturna diarrhoea, utroque enim modo ſcribitur, albae pituitae ſolvi redundantiam commune eſt cum aliis etiam multis quae ſimiliter ab ipſo dicta ſunt.

XXX.

Quibus per alvi profluvia ſpumoſae ſunt dejectiones, iis a capite pituita defluit.

Fiunt enim aliquando alvi excrementa ſpumoſa, flatulento humore ex capite ad ventrem defluente. Hoc indiſtincte dictum eſt. Fiunt interdum et vaſis ad ipſum porrectis illum effundentibus. Oboriuntur etiam interdum in ipſo ventre unicam, prout quispiam dixerit, cauſam continens, quomodocunque excernantur aut fiant, antecedentes vero plures. Eſt autem hujus ſpumoſae pituitae cauſa continens flatulentus ſpiritus, qui, dum humori

ὑγρότητα μίξει σφοδρᾷ καὶ ἀνωμάλῳ κινήσει κεχρημένον, ὡς αὐτό τε θραυσθῆναι καὶ τὸ φλέγμα θραῦσαι κατὰ πολλὰ καὶ σμικρὰ μόρια. τῆς δὲ τοιαύτης αὐτῷ κινήσεως ἥ τε οἰκεία φύσις αἰτία καί ποτε καὶ πλῆθος θερμασίας. οὕτως γοῦν ἐπί τε τῶν ἑψημένων ἀφρὸς ὁρᾶται καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ᾖ γλίσχρα τὴν φύσιν, ἔν τε τῇ θαλάττῃ κατὰ τὰς βιαίας τῶν ἀνέμων ἐμβολάς. ὅσοι δὲ ἡγοῦνται διὰ τοῦ πνεύμονος εἰς τὴν γαστέρα τὴν ὁδοιπορίαν γίνεσθαι τῷ φλέγματι καὶ διὰ τοῦτο ἀφρῶδες αὐτὸ φαίνεσθαι, οὐκ οἶδα τί φήσουσιν ἐπὶ τῶν ἀπὸ κεφαλῆς σαφῶς εἰς πνεύμονα ῥευματιζομένων. ἐχρῆν μὲν γὰρ αὐτοὺς ἀφρώδη διαχωρεῖν. οἱ δ᾽ οὔτε διαχωροῦσιν οὔτ᾽ ἀναβήττουσιν ἀφρώδη, καίτοι πολλάκις ἐναργῶς αἱ τραχεῖαι κατὰ σπλάγχνον ἀρτηρίαι πλήρεις εἰσὶ τοῦ καταῤῥέοντος ἐκ τῆς κεφαλῆς, ὃ πεφθὲν μὲν ἀναπτύεται πύῳ παραπλήσιον, ἀφρῶδες δ᾽ οὐ γίνεται. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αἷμα διὰ παντὸς ἀφρῶδες ἀναπτύουσιν ἐκ πνεύμονος. ἔοικεν οὖν ὅταν ἐξ αὐτῆς τοῦ σπλάγχνου τῆς ἰδίας οὐσίας

commifcetur, vehementi et inaequabili motione ita utitur, ut et ipfe dirumpatur et pituitofum refringatur et in multas ac parvas partes comminuat. Ejusmodi vero motus ipfa caufa eft tum propria natura tum nonnunquam etiam caloris copia. Sic enim et in iis quae elixantur, ac maxime fi lenta ac vifcida natura fuerint et in mari per violentos ventorum impetus fpuma confpicitur. Porro qui pituitae viam et tranfitum in ventrem per pulmonem fieri arbitrantur, atque ideo ipfam apparere fpumofam, quid de iis qui in capite in pulmonem rheumatifmo aperte laborant dicturi fint non video. Oportebat fiquidem in ipfis alvi excrementa fpumofa effe. Verum hi neque fpumofa dejiciunt neque extuffiunt, etiam fi faepe manifefto afperae pulmonis arteriae eo qui a capite defluxit humore oppletae fint, qui concoctus puri quidem fimilis exfpuitur, fpumofus autem nequaquam evadit. Quin ne fanguinem quidem fpumofum ex pulmone femper exfpuunt. Videtur fane quum de ipfa propria vifceris fubftantia quidquam

συναναφέρηταί τι ἀφρῶδες γίνεσθαι τὸ αἷμα. πτύουσί γε μὴν καὶ οἱ πλευριτικοί ποτε τὸ ἀφρῶδες, ἔτι τε σπανιώτερον αὐτῶν μᾶλλον οἱ περιπνευμονικοί. θερμασίας δέ μοι δοκεῖ ἀκράτου τε καὶ πυρώδους ἠθροισμένης ἐν τοῖς πάσχουσι μορίοις. εἰ δὲ τὸ καταῤῥέον ἐκ τῆς κεφαλῆς εἰς τὰς τραχείας ἀρτηρίας τοῦ πνεύμονος, ὡς ἔνιοί φασι, διεξέρχεται κάτω, πρῶτον μὲν εἰς τὰς τῆς καρδίας κοιλίας αὐτὸ παραγίνεσθαι δεήσει, μετὰ δὲ τοῦτο δυοῖν θάτερον, ἤτοι διὰ τῆς κοίλης φλεβὸς εἰς μὲν τὰ κυρτὰ τοῦ ἥπατος πρῶτον, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὰ σιμὰ καὶ οὕτως διὰ [307] τῶν πυλῶν εἰς τὰς τῶν ἐντέρων ἕλικας, ἢ πρῶτον μὲν εἰς τὴν μεγάλην ἀρτηρίαν, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν τοῦ μεσεντερίου. καὶ πῶς ἂν ἔτι μένειν ἀφρῶδες ἀναμιχθέν τε τῷ αἵματι καὶ τοσαύτας διεξελθὸν ἅμα αὐτῷ φλέβας.

κα'.

Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσι.

---

una effertur, fanguis effe fpumofus. Pleuritici tamen interdum etiam fpumofum exfpuunt, atque his ipfis multo rarius peripneumonici, calore fcilicet, ut mihi videtur; intemperato atque igneo in partibus affectis collecto. Porro fi quod e capite defluit in afperas pulmonis arterias deorfum, ut nonnulli volunt, ad fedem permeat; primum in ventriculos cordis ipfum devenire oportebit; deinde ex duabus alterum viam pergere aut primum per venam cavam ad jecoris gibba; indeque ad fima deferri atque ita per portas in inteftinorum fpiras pervenire; aut primum quidem in magnam arteriam, deinde fic in eam quae mefenterium perreptat. Verum quomodo ubi et fanguine fit permixtum et una cum eo tot venas pervaferit, fpumofum etiamnum maneat.

XXXI.

Quibus febricitantibus in urinis fedimenta craffiorem farinam referentia oboriuntur, longum morbum fignificant.

(320) *Καὶ οὗτος ὁ λόγος διορισθεὶς ἀληθὴς γίνεται μαρτυρούμενος ὑπὸ τῆς πείρας. ὀλέθρια μὲν γάρ ἐστι τὰ κριμνώδη τῶν οὔρων, κἂν τῷ προγνωστικῷ λέλεκται καὶ φθάνουσιν ἀποθνήσκειν οἱ πλεῖστοι πρὶν χρονίσαι τὴν νόσον. ὅσοι δ' ἐξ αὐτῶν ἐσώθησαν, ἐχρόνισαν οὗτοι πάντες, ὡς ἂν πολλῆς τῆς πέψεως δεομένης τῆς διαθέσεως, ἐφ' ᾗ τὸ τοιοῦτον οὖρον οὐροῦσιν. εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπὲρ ἁπάντων οὔρων ἐπὶ πλέον. ἔν γε μὴν ταῖς ἐπιδημίαις. ἀρκέσει γάρ μοι δυοῖν ἀῤῥώστοιν μνημονεῦσαι, κατὰ μὲν τὸ πρῶτον τοῦ μετὰ τρεῖς καταστάσεις δευτέρου γεγραμμένου Σιληνοῦ, περὶ οὗ κατὰ τὴν διήγησιν οὕτως εἶπεν· οὔρησεν ἀθρόως ὑπὸ τοῦ χυμοῦ κενούμενον ὑπόστασις κριμνώδης, λευκὴ, ἄκρεα πάλιν ψυχρά, ἐνδεκάτη ἀπέθανε. κατὰ δὲ τὸ τρίτον τοῦ τρίτου τῶν ἀῤῥώστων, περὶ οὗ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως οὕτως ἔγραψεν· ὁ κατακείμενος ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ. προελθὼν δὲ μετ' ὀλίγον, οὖρα λεπτὰ, ποικίλα, ἐναιωρήματα ἔχοντα σμικρὰ οἷον*

Haec quoque oratio adhibita diſtinctione vera fit, quae ab experientia comprobatur. Crimnodes ſiquidem urinas in prognoſtico perniciofas eſſe pronunciatum eſt; atque plurimi priusquam morbus diutius producatur, intereunt; qui vero ex ipſis ſervati ſunt, hi omnes diuturno morbo laborarunt, affectu nimirum in quo talis urina redditur multam coctionem efflagitante. Verum in libris de criſibus de omnibus urinis plenius dictum eſt. Ex epidemiis autem, ſatis enim mihi fuerit de duobus aegris tantummodo feciſſe mentionem, primo quidem libro de Sileno poſt tres aëris tempeſtates ſecundo loco ſcripto, de quo inter ea quae de ipſo refert Hippocrates ſic inquit: *minxit affatim ſub craſſum in matella depoſitum, ſedimentum crimnodes, extrema rurſum frigida; undecimo die morte peremptus eſt.* Tertio vero libro de aegroto qui ordine tertius eſt, de quo hiſtoriam initio ita ſcripſit: *qui in horto Dealcis decumbebat;* deinde paulo ulterius: *urinae tenues, variae, ſuſpenſae, parva, craſſiori farinae*

κρίμνα. τοῦτον δέ φησι τεσσαρακοσταῖον κριθῆναι. δῆλον οὖν κἀκ τούτων τῶν παραδειγμάτων, ὅσοι μὲν σωθήσεσθαι μέλλουσι τῶν οὐρησάντων κριμνώδη, χρονίζουσιν, ὅσοι δὲ ὀλεθρίως ἔχουσι, τούτους ἐνδέχεται καὶ διὰ ταχέων ἀποθανεῖν.

λβ'.

Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξείην ἀῤῥωστίην σημαίνει.

---

[308] *Τὸ μὲν χολῶδες ἀεὶ ὀξείας ἐργάζεται νόσους.* εἴρηται γὰρ ἡμῖν ὅτι τὸν πικρόχολον χυμὸν οὕτως ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς, ὥς τόν γε μελαγχολικὸν ἀεὶ μετὰ προσθήκης λέγουσιν, οὐχ ἁπλῶς χολὴν ὡς τὴν ξανθὴν, ἀλλὰ μέλαιναν χολήν. τὸ δ' ἄνωθεν λεπταὶ, τουτέστιν ὑδατώδεες. οὕτω γὰρ εἴωθε χρῆσθαι τῇ τοῦ λεπτοῦ προσηγορίᾳ ὁ Ἱπποκράτης, δόξειεν ἂν οὐ καλῶς εἰρῆσθαι. τὸ γὰρ ὑδατῶδες οὖρον ἄπεπτόν ἐστι καὶ χρό-

confimilia continentes. Hunc autem dicit quadragefimo die judicatum fuiffe. Liquet igitur et his exemplis quicunque farinacea mejant, fi falvi quidem evafuri fint, eos perdiu detineri; fi vero exitialiter aegrotent, etiam poffe celeriter perimi.

XXXII.

Quibus biliofa fedimenta fupra tenuia, acutum morbum fignificant.

Biliofus quidem humor acutos morbos femper efficit. Sic enim veteres medicos pro confuetudine picrocholum humorem appellare diximus, quemadmodum melancholicum femper cum adjectione, non fimpliciter bilem veluti flavam, fed atram bilem pronunciant. Illud vero *fupra tenuia*, hoc eft aquofa, fic enim tenuis appellatione uti confuevit Hippocrates, non recte dictum videretur. Aquofa fiquidem urina cruda eft diuturnumque morbum portendit.

νιον. ἐγὼ γοῦν οὐκ ἐθεασάμην ποτὲ οὖρον ὡς τὸ ὑφιστάμενον ἐν αὐτῷ χολῶδες εἶναι, τὸ δ' ἐπιπολάζον ὑδατῶδες. οὐκ ἀλόγως οὖν ἔνιοι τῶν ἐξηγητῶν ἔφασαν οὐ τόπου δηλωτικὸν, ἀλλὰ χρόνου τὸ ἄνωθεν ἐπίῤῥημα νῦν εἶναι, καθάπερ εἰ καὶ οὕτως εἴρηται. τῶν οὔρων αἱ ὑποστάσεις, ὅταν ἐξ ἀρχῆς μὲν ὦσι λεπταὶ, μετὰ δὲ ταῦτα χολώδεις γεννηθῶσιν, ὀξεῖαν ἀῤῥωστίαν δηλοῦσιν.

λγ'.

Ὁκόσοισι δὲ διεστηκότα οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστι.

Τὰ διεστηκότα κυρίως μὲν ἀκούοντι ἀδύνατόν τι δηλώσει. συνεχὲς γὰρ ἑαυτῷ τὸ οὖρόν ἐστιν ἀεὶ μηδεμίαν ἐν τῷ μέσῳ χώραν ἔχον κενήν. εἰ δὲ τὸ κατὰ τὴν σύστασιν ἀνώμαλον εἰρῆσθαι δεχοίμεθα, δεόντως εἶπε ταραχὴν ἰσχυρὰν αὐτὸ σημαίνειν. ἐπικρατούσης μὲν γὰρ τῆς φύσεως

Equidem numquam ſpectavi urinam, cujus ſedimentum eſſet bilioſum et quod ſupernatat aquoſum. Non citra rationem igitur interpretes nonnulli non locum, ſed tempus hoc aphoriſmo per adverbium *ſupra* ſignificari arbitrantur, quaſi dictum ſit: ſi urinarum ſedimenta ab initio tenuia, poſtea bilioſa fiant, acutum morbum ſignificant.

XXXIII.

Quibus diſparatae ſunt urinae, iis in corpore vehemens eſt perturbatio.

Si diductae urinae proprie accipiantur, quae fieri nequeat, res declarabitur. Continua ſiquidem eſt ſibique ipſi perpetuo cohaerens urina quae nullum intermedium ſpatium vacuum ſortitur. Si vero per urinae concretionem inaequalitatem dici conceſſerimus, merito ipſam pronunciavit vehementem perturbationem ſignificare. Nam dominante ac vincente natura aequabiliter unita ſunt

Ed. Chart. IX. [308. 309.] Ed. Baf. V. (320.)

ὁμαλῶς ἥνωται πάντα, στασιαζόντων δὲ τῶν νοσωδῶν αἰτίων αὐτῇ, τὸ μὲν κρατούμενόν τε καὶ πεττόμενον ἑτέραν ἴσχει τὴν ἰδέαν, τὸ δὲ ἀνθιστάμενόν τε καὶ στασιάζον ἑτέραν. καὶ ὅταν γε πλείω τὰ τοιαῦθ' ὑπάρχει, ποικιλωτέραν ἀποφαίνει τὴν ἀνωμαλίαν τῶν οὔρων καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῶν τὴν ταραχήν.

λδ'.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες νεφριτικὰ σημαίνουσι καὶ μακρὴν ἀῤῥωστίαν ἔσεσθαι.

[309] *Πομφόλυγες* γίνονται περιτεινομένης ὑγρότητος φυσώδει πνεύματι. μᾶλλον δὲ εἴωθε τὸ τοιοῦτον συμβαίνειν, ὁπόταν ἔχῃ τι γλίσχρον ἡ ὑγρότης. τηνικαῦτα δὲ καὶ αἱ πομφόλυγες αὗται δύσλυτοί τε καὶ μόνιμοι γίνονται. σημεῖον οὖν ἐστι τὸ συνεκκρίνεσθαι τοῖς οὔροις πνεῦμα φυσῶδες ἀῤῥωστίας νεφρῶν ψυχρᾶς. ἡ τοιαύτη γὰρ ἀθροίζει τὸ φυσῶδες πνεῦμα καὶ διὰ τοῦτό φησιν ἔσεσθαι τὴν

omnia. Morbificis vero caufis in ipfam tumultuantibus quod fubigitur et coquitur, alteram *in urina* prae fe fert ideam; quod vero reluctatur ac tumultuatur, alteram, quumque plures funt ejusmodi caufae, magis variam urinarum inaequalitatem ejusque caufam perturbationem repraefentant.

XXXIV.

Quibus in urinis bullae fuperftant, iis nephritin ac longum fore morbum fignificant.

Procreantur bullae quum flatulentus humor fpiritu circumextenditur. Id autem magis accidere confuevit, fi quid lentoris humor fortiatur. Tunc etiam bullae ipfae manent diutius ac difficile folvuntur. Quum igitur flatulentus fpiritus una cum urinis excernitur, frigidae renum invaletudinis fignum eft. Haec enim flatulentum fpiritum colligit, ob idque longum fore morbum praenunciat. Fri-

ἀῤῥωστίαν μακράν. τὸ γὰρ ψυχρὸν ἅπαν δύσλυτόν τε καὶ δύσπεπτόν ἐστι καὶ διὰ τοῦτο χρόνιον. ἔνιοι δέ φασιν ὑπὸ τῆς δριμύτητος τῶν οὔρων ἀνεστομωμένας τὰς κατὰ νεφροὺς ἀρτηρίας ἐκκρίνειν τι τοῦ πνεύματος, ὃ συνεξερχόμενον τοῖς οὔροις τὰς πομφόλυγας ἐργάζεται.

λε'.

Ὁκόσοισι δὲ λιπρὴ ἡ ἐπίστασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὰ καὶ ὀξέα σημαίνει.

Εἴτε διαχώρησις εἴτ' οὖρον ᾖ λιπαρὸν, ἐπὶ συντήξει γίνεται πιμελῆς οὐ μᾶλλόν τι τῆς κατὰ τοὺς νεφροὺς ἢ τῆς καθ' ὅλον τὸ ζῶον. ὅθεν οὐδὲ νεφριτικὸν ἰδίως ἐστὶ τὸ σημεῖον, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάσης πιμελῆς τηκομένης ὑπὸ θερμασίας πυρώδους· ἢ τοίνυν οὕτως ἀκουστέον ἐστὶν ὡς ἐπὶ τῶν νεφριτικῶν εἶναι ὁμολογουμένων, οὐ τὸ γένος τοῦ πάθους, ἀλλὰ τὴν ὀξύτητα διαγινώσκοντός τε καὶ προλέγοντος ἐν τῷδε τοῦ Ἱπποκράτους ἢ τὰ νεφριτικὰ μεταγρα-

gidum enim omne aegre tum ſolvitur tum coquitur proindeque perdurat. Nonnulli porro narrant aperta ab urinarum acrimonia quae renibus inſunt arteriarum ora ſpiritum aliquem emittere qui cum urinis illapſus bullas efficit.

XXXV.

Quibus urinarum ſummum pingue et confertum eſt, iis renalem et acutum morbum ſignificant.

Sive dejectio ſive urina ſit pinguis, adipis ſit colliquatione non magis in renibus quam toto animalis corpore commorantis; unde neque proprium morbi renalis id ſignum eſt, ſed omnis adipis ab igneo calore colliquefacti commune. Aut igitur ita intelligendus aphoriſmus, quo in iis quae renum eſſe conceduntur affectionibus, hic non affectionis genus, ſed acumen tum dignoſcat tum praedicat Hippocrates aut ut interpretes nonnulli fecerunt

πτέον, ὥς ἔνιοι τῶν ἐξηγησαμένων ἐποίησαν εἰς τὰ φρενιτικά. καίτοι γε τοῦτο οὐδὲ φρενίτιδος μόνης σημεῖον οὔτε τῆς ἁπλῶς οὔτε τῆς διακαοῦς, ἀλλὰ παντὸς συντήκοντος πυρετοῦ. τό γε μὴν ἀθρόον προσκείμενον τῷ λόγῳ δύναται μὲν καὶ τὴν τοῦ χρόνου βραχύτητα δηλοῦν, δύναται δ' οὐδὲν ἧττον καὶ τὴν τοῦ τόπου. τὸ γὰρ ἐσφιγμένον ἑαυτῷ τε συνεχόμενον ἀθρόον ὀνομάζομεν, ἐναντίον ὑπάρχον τῷ διεσπασμένῳ. ταυτὶ μὲν οὖν ἄχρι τοσούτου καὶ τοῖς διδασκάλοις ἡμῶν ἡρμήνευται. τὸ δέ μοι δοκοῦν ἤδη φράσω· τὸ ἀθρόον προσκείμενον τῷ λόγῳ δοκεῖ μοι κατὰ τοῦ χρόνου λελέχθαι καὶ διὰ τοῦτο τῆς περὶ τοὺς νεφροὺς πιμελῆς ἐνδείκνυσθαι τῆξιν. αἱ γοῦν ἐν ἄλλοις μέρεσι τοῦ ζώου τηκόμεναι πιμελαὶ κατὰ βραχὺ καὶ οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὴν οὔρησιν ἀφικνοῦνται, μεταλαμβανομένης τῆς συντήξεως εἰς τὰς πρώτας μὲν τὰς πλησίον αὐτῆς φλέβας, ἐφεξῆς δὲ τὰς συνεχεῖς. εἶτ' αὖθις εἰς ἄλλας τε [310] καὶ ἄλλας μέχρι περ ἂν ἐπὶ τοὺς νεφροὺς ἀφίκηται. τῆς δὲ περὶ τοὺς νεφροὺς πιμελῆς τακείσης μετάληψις εἰς οὖρα ταχίστη τε

verbum *nephritica* fcriptum in phrenetica mutandum eft: quamquam hoc neque folius phrenitidis, neque fimplicis, neque incendentis, fed omnis colliquefacientis febris fignum eft. Porro nomen *confertum* additum orationi poteft tum brevitatem temporis fignificare, tum etiam poteft loci nihilominus. Quod enim in fe coactum eft et continens, id confertum univerfumque dicimus, diftracto atque difperfo contrarium. Atque hactenus ifta a noftris etiam praeceptoribus explicata funt. Jam vero quod mihi videtur dicam. Conferta vox orationi praefenti addita mihi de temporis brevitate dici videtur, atque ideo adipis renum indicare colliquationem. In aliis fiquidem corporis partibus liquefacti adipes paulatim non univerfim cum urina manant, traducta colliquatione in primas fibi vicinas venas, deinde in continuas, poftremo rurfum in alias atque alias, donec tandem in renes ipfa perveniat. Colliquefacti vero renum adipis in urinas traductio celerrima eft, neque paulatim, fed confertim fit, atque ideo

ἅμα καὶ οὐ κατὰ βραχύ. πᾶσα δὲ ἀθρόως γίνεται καὶ διὰ τοῦτο περὶ τοῖς νεφροῖς αὐτοῖς ἐνδείκνυται τὴν διάθεσιν ὑπάρχειν. τούτῳ καὶ τὴν πεῖραν εὑρήσεις μαρτυροῦσαν, ἐὰν ἀκριβῶς παραφυλάττης. καὶ μέντοι καὶ διττῆς οὔσης γραφῆς, ἔν τισι μὲν γὰρ ἀντιγράφοις ἐπίστασις, ἔν τισι δὲ ὑπόστασις γέγραπται, τὴν προτέραν ἀληθεστέραν εἶναί φαμεν· ἐφίσταται γὰρ ἀεὶ τὸ λιπαρὸν, οὐχ ὑφιζάνει. καὶ μέντοι καὶ τῇ τοῦ πρόσθεν ἀφορισμοῦ λέξει συμφωνεῖ μᾶλλον ἡ τοιαύτη γραφή. κατ' αὐτὴν γὰρ εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τοῖς οὔροις πομφόλυγες ἐφίστανται, νεφριτικὰ σημαίνει καὶ μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίαν ἔσεσθαι. ἀκόλουθον οὖν τὸ ἐφίστανται τοῖς ἐφεξῆς εἰρημένοις ἐστίν. ὁκόσοισι δὲ λιπαρὰ ἡ ὑπόστασις καὶ ἀθρόως, τουτέοισιν νεφριτικὰ σημαίνει καὶ ὀξείην τὴν νόσον ἔσεσθαι.

λστ'.

(321) Ὁκόσοισι δὲ νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι τὰ προειρημένα ξυμβαίνει σημεῖα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους

renibus affectionem ineſſe indicat. Cui rei experientiam quoque adſtipulari comperies, ſi diligenter obſervaveris. Ceterum quum gemina exſtet lectio, in quibusdam enim exemplaribus urinarum ſummum, in aliis ſedimentum ſcribitur, priorem veriorem eſſe dicimus. Supernatat enim ſemper quod pingue eſt, non ſubſidet. Ad haec praecedentis aphoriſmi dictioni talis lectio congruit, in illa enim dixit Hippocrates: *quibus in urinis bullae ſuperſtant, iis nephritin ac longum fore morbum ſignificant.* Superſtant igitur verbum ſubſequentibus pronunciandis conſentaneum eſt. Quibus urinarum ſummum pingue et confertum eſt, iis renalem et acutum morbum ſignificant.

XXXVI.

Quibus renum affectu laborantibus praedicta contingunt ſigna doloresque ſpinae muſculis oboriuntur, ſi exterio

γίνονται, ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γίνωνται, καὶ τὰ ἀποστήματα προσδέχου ἐσόμενα ἔξω· ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι περὶ τοὺς εἴσω τόπους γίνωνται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου μᾶλλον ἐσόμενον εἴσω.

Ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς διαγνωστικὰ σημεῖα πασχόντων νεφρῶν ἔγραψεν, ἐν τούτῳ δὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων ἐκ πλείονος χρόνου νεφριτικῶν εἶναι διδάσκει, λέγων ἐπ᾽ αὐτῶν ἀπόστασιν ἔσεσθαι τοῖς προγεγραμμένοις σημείοις προελθόντος πόνου, τουτέστιν ἀλγήματος κατὰ τοὺς ῥαχιαίους μῦς, οὓς καὶ ῥαχίτας ὀνομάζουσιν οἱ ἰατροί. διττὸν δέ ἐστι γένος τῶν μυῶν τούτων, ἓν μὲν ὄπισθεν ὑπὸ τῷ δέρματι περιλαμβάνον ἑκατέρωθεν ὅλην τὴν ἄκανθαν, ἕτερον δ᾽ ἐν τοῖς πρόσω μέρεσιν ἐπιτεταμένον οὐ καθ᾽ ὅλης τῆς ῥάχεως, ἀλλὰ μόνων τῶν κατ᾽ ὀσφὺν μερῶν. καθ᾽ ὁποτέρους οὖν αὐτῶν ἐρείδῃ τὸ ἄλγημα καὶ τὴν ἀπόστασιν ἐκεῖ γενήσεσθαι προσδέχου. πότερον δὲ τῶν νεφρῶν αὐτῶν ἐκπυησάντων ἢ μόνων τῶν μυῶν ἢ ποτὲ καὶ

res quidem locos obſideant, abſceſſus quoque futuros exteriores exſpecta. Si vero dolores interioribus locis magis inſideant, abſceſſus etiam interiores magis futuros metue.

Superioribus quidem aphoriſmis quibus ſignis affectus dignoſcuntur ea ſcriptis tradidit, in praeſenti vero de iis agit quae renum affectibus diuturno tempore laborantium eſſe conceduntur, futurum praedicans ipſis abſceſſum, ſi ad prius ſcripta ſigna labor acceſſerit, hoc eſt dolor in iis ſpinae muſculis, quos rachiae os et rachitas appellant medici. Duplex autem eſt horum muſculorum genus, unum quidem exteriorum pone ſub cute totam ſpinam utrimque complectentium, alterum vero interiorum partibus anterioribus non in totam ſpinam, ſed ſolas lumborum partes porrectorum. Utrascunque partes dolor firmus obſideat, illic abſceſſum quoque futurum metue. Utrum vero renibus ipſis ſuppurantibus id fiat an ſolis muſculis,

συναμφοτέρων οὐκέτι διώρισεν. ἡ μέντοι πεῖρα δείκνυσιν ἅπαντα τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ οἷς μύες ἐνίοτε μόνοι τοῦτο πάσχουσιν, ἤτοι γε οἱ ἔνδον τε πρόσω ἢ οἱ πίσω τε καὶ ἔξω καὶ χωρὶς τῶν μυῶν, οἱ νεφροὶ ποτὲ μὲν εἴσω, ποτὲ δὲ ἔξω ῥεπούσης αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως.

λζ'.

[311] *Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον, ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῖς ψυκτικοῖσιν ἢ στυπτικοῖσιν.*

Ἐμεῖται μὲν ἐκ στομάχου καὶ γαστρὸς, ἀναβήττεται δὲ τὰ ἐκ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀναφερόμενα καὶ πνεύμονος. ἔνιοι μέντοι τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον εἰρῆσθαί φασι τὸ ἐμέουσι καὶ κατὰ τῶν ἐξ ἀρτηρίας τε καὶ πνεύμονος ἀναγόντων αἷμα. καίτοι γε σωτήριον εἶναι τοῦτο τὸ πάθημα, τουτέστι θεραπευθῆναι δυνάμενον, ὅταν μὴ πυρέτ-

an utrisque, non explicavit Hippocrates. Ceterum haec omnia fieri oftendit experientia. Mufculi namque foli nonnunquam hoc patiuntur vel interiores qui iidem funt anteriores; vel pofteriores qui et exteriores habentur, et fine mufculis quoque renes afficiuntur, alias introrfum, alias extrofum inclinante in ipfis abfceffu.

XXXVII.

Qui fanguinem vomunt, fi citra febrem, falutare; fi cum febre malum. Hic affectus refrigerantibus et adftringentibus curandus eft.

Vomitus ex ftomacho et ventre, extuffiuntur quae ex afpera arteria et pulmone efferuntur. Nonnulli tamen hujus libri enarratores verbum *vomunt* etiam de iis dici autumant, qui ex afpera arteria et pulmone fanguinem rejectant. Atqui falutarem effe hunc affectum, hoc eft aegros curari poffe, quum minime febricitant, nequaquam

τωσιν οἱ κάμνοντες, οὐκ ἀληθές. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα χωρὶς πυρετοῦ τις ἐκ πνεύμονος ἀναβήττοι τὸ αἷμα, κίνδυνός ἐστι καὶ τούτῳ μὴ θεραπευθῆναι καὶ πάντως, χρονίζοντος αὐτοῦ γενήσονται ὕστερον καὶ οἱ πυρετοί. διὰ τοῦτο μὲν οὖν ἄμεινον ἀκούειν τοῦ ἐμέουσιν ὀνόματος ὡς κυρίως εἰρημένου, προσεπισκοπεῖσθαί τε καὶ διορίζεσθαι τό τ' ἀκίνδυνον ἐν αὐτῷ καὶ τὸ κινδυνῶδες ἐκ τοῦ πυρέττειν ἢ μή. τοῖς μὲν γὰρ ἀπυρέτοις εὔδηλον ὡς οὐδεμία φλεγμονὴ κατὰ τὸν τόπον ἐστὶν, ὅθεν ἀναφέρεται τὸ αἷμα, ὥστε ἤτοι κατ' ἀναστόμωσιν ἀγγείου γίνεσθαι τὸν ἔμετον τοῦ αἵματος ἢ μεθ' ἑλκώσεως, ἀλλὰ χωρὶς φλεγμονῆς. θεραπεύεται δὲ τὰ χωρὶς φλεγμονῆς ἕλκη ῥᾳδίως τοῖς στυπτικοῖς. ὅσον δὲ σὺν φλεγμονῇ τε ἅμα καὶ πυρετοῖς ἐστι, μὴ ὅτι θεραπείας τυχεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ ταὐτοῦ δύναται διαμεῖναι μεγέθους, ἀεὶ γὰρ μείζω καὶ κακοηθέστερα γίνονται.

---

verum eſt. Si quis enim et quam maxime citra febrem ex pulmone ſanguinem extuſſiat, non fieri huic curationem periculum impendet. Quod ſi haec ſanguinis rejectio diuturna perſeveret, omnino poſtea febres ſuccedent. Quamobrem ſatius eſt hoc verbum *vomunt* proprie uſurpatum accipere, ac deinceps tum animadvertere tum praefinire quid in ipſo citra febrem vacet periculo et quid periculi ex febre prodeat aut non prodeat. Nam febre vacantibus liquet nullam loco inflammationem ineſſe, unde ſanguis effertur. Quare vel vaſis alicujus ore recluſo fit ſanguinis vomitus vel cum ulcere, ſed citra inflammationem. At quae citra inflammationem ſunt ulcera, adſtringentibus facile curantur, quae vero et cum inflammatione ſimul et febribus exiſtunt, non ſolum curationem non ſortiuntur, imo in eadem magnitudine permanere nequeunt; nam majora et maligniora ſemper evadunt.

λη'.

Κατάῤῥοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν.

[312] Ἄνω κοιλίαν νῦν ὀνομάζει τὴν ὑπὸ τοῦ θώρακος περιγραφομένην, ἣν ὁ πνεύμων κατείληφε καὶ διὰ τοῦτο εἰς τοῦτον ἐκ τῆς κεφαλῆς ὁ κατάῤῥους φέρεται διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας. ἐκπυΐσκεται δὲ τὸ πλεῖστον ἐν ἡμέραις εἴκοσι καὶ οὐχ ὡς οἱ πλεῖστοι γράφουσιν, ἡμέραις εἴκοσι μιᾷ. διὰ παντὸς γὰρ ὁ Ἱπποκράτης τὴν κ' ἡμέραν κρίσιμον, οὐ τὴν κα' οἶδεν, ὡς ἐν τοῖς περὶ κρισίμων ἡμερῶν ὑπομνήμασιν ἔδειξα.

λθ'.

Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸν περίναιον καὶ τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

XXXVIII.

Defluxiones in ventrem ſuperiorem viginti diebus ſuppurantur.

Superiorem ventrem nunc appellat cavitatem thorace circumſcriptam, quam pulmo occupat, atque propterea in hunc per aſperam arteriam fertur defluxio. Suppurat autem plerumque intra dies viginti, non ut multi ſcribunt intra unum et viceſimum. Semper enim Hippocrates diem viceſimum judicatorium ſtatuit, non viceſimum primum, quemadmodum in libris de diebus judicatoriis demonſtravimus.

XXXIX.

Si quis ſanguinem et grumos mejat et ſtranguria laboret dolorque ad interfemineum, imum ventrem et pectinem concidat, veſicae partes aegrotare ſignificat.

Σχεδὸν μὲν ἐν ἅπασι τοῖς ἀντιγράφοις ὁ ἀφορισμὸς οὗτος γέγραπται· περιελεῖν δὲ αὐτὸν χρὴ διὰ τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον. ἐξηγησάμεθα γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ τετάρτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων τοιοῦτον ὑπάρχοντα τῇ λέξει, ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίη ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ εἰς τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσεῖ. κατὰ γοῦν αὐτὸν τὸν προκείμενον ἀφορισμὸν ἡ τελευτὴ διττὴν ἔχει τὴν γραφὴν, μίαν μὲν, ὡς προγέγραπται, ἑτέραν δὲ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

μ'.

Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτο γίνεται.

Ἀκρατῆ μὲν ὀνομάζει γλῶσσαν ἤτοι τὴν ἀστήρικτον ὡς μὴ διαθροῦσαν ἀκριβῶς τὴν φωνὴν ἢ τὴν ἀκίνητόν τε καὶ παραλελυμένην παντάπασιν. ἀπόπληκ- [313] τον δέ τι τοῦ σώματος τὸ παραλελυμένον. διὰ τί δὲ ἐξαίφνης γι-

In omnibus fere exemplaribus hic aphorifmus fcriptus eft; ipfum autem eximere oportet propter alterum fupra pronunciatum. Ipfum autem quarto horum commentariorum his verbis fcriptum explanavimus: *fi quis fanguinem et grumos mejat et ftranguria laboret dolorque in imum ventrem et pectinem incidat, vefcae partes laborant.* Porro praefentis aphorifmi finis geminam habet lectionem: unam quomodo fupra fcriptus eft, alteram in hunc modum: *vefcae partes fignificat.*

XL.

Si lingua derepente incontinens aut aliqua pars corporis fiderata evadat, id fignum eft melancholicum.

Incontinentem quidem linguam nominat, quae ita debilis ac inftabilis eft, ut inexplanatam prorfus vocem edat aut immobilis et omnino refoluta. Sideratam vero corporis partem vocat quae refoluta eft. Cur autem haec

νόμενα· ταῦτα μελαγχολικὰ ὑπάρχειν φησὶν οὐκ οἶδα. μελαγχολίας μὲν γὰρ, ἣν δὴ καὶ συνήθως ἅπαντες Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν, ὀρθῶς εἴρηται πρὸς αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα γνωρίσματα, ἢν φόβος ἢ δυσθυμία πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. ἄλλως δὲ μελαγχολικὰ λέγομεν εἶναι πάθη τούς τε καρκίνους καὶ τοὺς ἐλέφαντας, ἔτι τε λέπρας καὶ ψώρας καὶ μέλανας ἀλφούς. ἀλλ' οὐδὲ τῶν τοιούτων παθῶν τινος οὔτε τῆς ὑπὸ πάντων ὀνομαζομένης μελαγχολίας ὁρᾶται προηγουμένη γλώσσης ἀκράτεια, καθάπερ οὐδὲ μορίου τινὸς ἀποπληξία. λοιπὸν οὖν ἐστι λέγειν, ὥσπερ ἐπὶ τεταρταίου πυρετοῦ, μελαγχολικὸν εἶναί φαμεν αἴτιον τὸν τῆς περιόδου χυμὸν, οὕτω καὶ τῶν εἰρημένων παθημάτων, τῆς τε κατὰ τὴν γλῶτταν ἀκρατείας καὶ τῆς τοῦ μορίου παραλύσεως. καὶ δυνατόν γε τῷ πάχει τοῦ χυμοῦ τὰ τοιαῦτα ἀκολουθῆσαι παθήματα, καθάπερ τῷ παχεῖ τε καὶ γλίσχρῳ φλέγματι, οὔκουν ἁπλῶς μελαγχολικὸν ἐροῦμεν εἶναι τῶν εἰρημένων ἑκάτερον, ὥσπερ οὐδὲ φλεγμα-

derepente oborta melancholica esse pronunciet, ignoro. Enimvero melancholiae, quam certe etiam pro consuetudine Graeci concedunt omnes, recte ab ipso talia indicia sunt prodita: *si metus et moestitia longo tempore hominem obsideant ac perseverent, ejusmodi symptoma melancholicum.* Alioqui melancholicas affectiones esse dicimus cancros, elephantas et praeterea lepras et psoras et alphos nigros. Verum neque talium affectionum aliquam, neque ab omnibus appellatam melancholiam linguae incontinentia praecedere videtur, ut neque partis alicujus sideratio. Quare superest, quemadmodum in quartana febre humorem melancholicum ipsius circuitus causam esse dicimus, sic etiam dictarum affectionum et linguae incontinentiae et partis paralyseos, fierique posse ut propter humoris crassitudinem tales affectus consequantur, quales ex crassa et lenta et pituita ortum habent. Neutrum igitur commemoratorum dicemus simpliciter esse melancholicum, sicuti neque pituitosum simpliciter, sed pituitosum simul et

τικὸν ἁπλῶς, ἀλλὰ φλεγματικὸν καὶ μελαγχολικόν. τὸ δὲ ἐξαίφνης πρόσκειται τῷ λόγῳ διὰ τὰς κατὰ βραχὺ γιγνομένας βλάβας, ἐπί τε φλεγμονῇ σκιῤῥουμένῃ καὶ δυσκρασίᾳ δυσλύτῳ.

μα΄.

(322) Ἢν ὑπερκαθαιρομένων πρεσβυτέρων λὺγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

Κοινὸς οὗτος ὁ λόγος κατ᾽ ἄμφω, καὶ καθ᾽ ὅσον ἅπασι τοῖς ὑπερκαθαιρομένοις οὐκ ἀγαθὸν ἡ λὺγξ καὶ καθ᾽ ὅσον τοῖς πρεσβυτέροις τὰ μοχθηρὰ πάντα χείρω διὰ τὴν ἡλικίας ἀσθένειαν.

μβ΄.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

melancholicum. At orationi additum eſt *derepente* adverbium propter noxas quae paulatim tum ob ſcirrhoſam inflammationem tum intemperiem ſolutu difficilem contrahuntur.

XLI.

Si ſuperpurgatis ſenioribus ſingultus oboriatur non bonum.

Haec oratio duas ob cauſas expoſita eſt, tum quatenus ſuperpurgatis omnibus ſingultus non bonus eſt tum quatenus ſenibus mala omnia propter aetatis imbecillitatem deteriora ruunt.

XLII.

Si febris a bile ortum non habeat, aquoſa copioſa et calida capiti affuſa, fit febris ſolutio.

[314] *Δηλοῖ σαφῶς ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ μὴ πάντας ἀπὸ χολῆς γίνεσθαι τοὺς πυρετούς. δηλοῖ δὲ καὶ ὅτι πλὴν τῶν ἐπὶ χολῆς γινομένων οἱ λοιποὶ πάντες ὕδατος πολλοῦ καταχεομένου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λύονται. κατὰ τοῦτον γοῦν τὸν λόγον κἀν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπὶ Μελίτωνος ἔγραψε, λουτροῖς ἐχρήσατο κατὰ τῆς κεφαλῆς. οἵ τε γὰρ ἐπ' ἐγκαύσει καὶ ψύξει γινόμενοι πυρετοὶ πρὸς τῶν τοιούτων ὀνίνανται λουτρῶν, οἵ τ' ἐπὶ κόποις οὐδὲν ἧττον, οἵ τε διὰ στέγνωσιν πόρων, εἴτε δι' ἔμφραξιν, εἴτε διὰ μύσιν στεγνωθέντων. ἀναπνεῦσαι γὰρ ἐπ' αὐτῶν χρὴ καὶ διαφορηθῆναι τὴν πυρετώδη θερμασίαν. οὐ μὴν ὅταν γε φλεγμονή τις καὶ χωρὶς φλεγμονῆς χυμῶν σηπεδὼν ἀνάπτῃ τὴν πυρετώδη θερμασίαν, ὀνίνησι τὰ λουτρὰ πρὶν ἤτοι κενωθῆναι τοὺς λυποῦντας χυμοὺς ἢ πεφθῆναι. ἀλλά τά γε τοιαῦτα νοσήματα πλευρίτιδάς τε καὶ περιπνευμονίας ἡπατίτιδάς τε καὶ σπληνίτιδας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, σύμπτωμα τιθέμενοι τὸν πυρετὸν αὐτὸν, οὐκ αὐτὸ πάθος. ἐφ' ὧν δὲ*

Hoc aphorifmo confpicue declarat omnes febres a bile ortum ducere, declarat quoque ceteras omnes febres, iis exceptis quae ex bile procreantur, aqua tepente copiofa fupra caput affufa folvi. Hac igitur ratione primo etiam epidemiorum de Melitone fcripfit: *lavationibus fupra caput ufus erat.* Febres enim ab aeftu et frigore concitatae talibus lavationibus curantur; nec minus quae ex laffitudinibus et quae ex meatuum exilium anguftia five propter obftructionem five conniventiam et praeclufionem coarctatorum obortae funt. Tranfpirare fiquidem per ipfas oportet lavationes febrilemque calorem difcuti diffiparique. Non tamen quum quaedam inflammatio aut citra inflammationem humorum putredo igneum calorem accendit, balneae funt utiles, nifi vacuatis prius aut concoctis humoribus noxiis. Verum hujusmodi morbi pleuritides, peripneumonias, hepatitides et fplenitidas appellabant veteres, qui febrem ipfam pro fymptomate, non pro morbo ipfo conftituebant. In quibus vero fine partis

χωρὶς μορίου φλεγμονῆς οἱ κατὰ τὰς φλέβας χυμοὶ σηπόμενοι πυρετοὶ ἀνάπτουσιν, ἐπ᾽ ἐκείνων μόνων ἔλεγον ὑπὸ πυρετοῦ τον ἄνθρωπον ὀχλεῖσθαι καὶ πυρετὸν ἔχειν αὐτὸν, ἐπ᾽ ἐκείνων δὲ καὶ τὰς διαφορὰς τῶν πυρετῶν ἔγραψαν, ἠπίαλον καὶ λειπυρίαν, ἑλκώδη τε καὶ τυφώδη καὶ λοιμώδη καὶ καῦσον. ἡπατίτην δὲ τὸν πυρετὸν καὶ σπληνίτιν ἢ περιπνευμονίην ἢ πλευρίτην οὐδεὶς εἶπεν, ὥστε νῦν ὁ λόγος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει περὶ τῶν αὐτῶν πυρετῶν μορίων ἄνευ φλεγμονῆς. κατὰ μέντοι τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων οὐχ ὕδατος, ἀλλ᾽ ἱδρῶτος γέγραπται, τοιαύτην τινὰ ἔννοιαν ἐνδεικνυμένης τῆς γραφῆς· ἐὰν πυρετὸς μὴ ὑπὸ χολῆς ἔχῃ, πολὺς ἱδρὼς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταῤῥέων λύει τὸν πυρετὸν, οὐ δήπου τῆς κεφαλῆς μόνης ἐκχεῖσθαι τὸν ἱδρῶτα λέγοντος τοῦ Ἱπποκράτους, ἀλλ᾽ ἀπὸ πρώτου φαινομένου μορίου περὶ παντὸς τοῦ σώματος δηλοῦντος. ἐπὶ ταύτῃ τῇ γραφῇ συμβήσεται τοὺς διὰ χολὴν πυρέττοντας ὑπὸ τῶν τοιούτων ἱδρώτων μηδὲν ὀνίνασθαι. καὶ μὴν ἐναργῶς γε λύονται πολλάκις οἵ τ᾽ ἄλλοι πυρετοὶ καὶ καθ᾽ οὓς ἡ ξανθὴ χολὴ

inflammatione putrefcentes in venis humores febrem accendunt, in his folis hominem febre vexari ipfumque febrem habere dicebant. In his ipfis etiam febrium differentias fcripferunt, epialam, lipyriam, heloden, typhoden, peftilentiam et caufum appellantes. Hepaticam vero febrem aut lienofam aut peripneumonicam aut pleuriticam nemo protulit. Quare nunc Hippocrati habetur fermo de ipfis febribus quae citra partium inflammationem exiftunt. Porro in plurimis exemplaribus non aqua, fed fudor fcribitur, lectione aliquam ejusmodi fententiam indicante. Si febris non ex bile ortum habeat, copiofus fudor e capite defluens fudorem effundi dicente Hippocrate, fed ex ea parte quae prima oculis fubjicitur, idem de univerfo corpore fignificante. Hac igitur lectione qui ex bile febricitant eos ab hujusmodi fudoribus nihilo juvari accidet. At profecto faepe cum aliae multae febres tum in quibus plurima eft flava bilis, tertianae ac ardentes, fudoribus

πλείστη τριταῖοί τε καὶ καῦσοι. βελτίων οὖν ἡ προτέρα γραφὴ θεραπείαν ἀληθῆ διδάσκουσα τοῦ γένους τῶν εἰρημένων πυρετῶν, ὅσοι διὰ κόπους ἢ ἐγκαύσεις ἢ ψύξεις ἢ ὅλως στεγνώσεις τοῦ δέρματος γίγνονται. τὸ μὲν οὖν μὴ ἀπὸ χολῆς ῥῆμα καὶ τὴν ὠχρὰν δύναται καὶ τὴν μέλαιναν ἐνδείκνυσθαι χολήν. οὐ μὴν ἐπί γε ταύταις μόναις ἐδείκνυμεν, ἀλλὰ καὶ διὰ φλέγμα σηπόμενον γίνεσθαι πυρετὸν καὶ κατὰ τοῦτο μόνον ὁ ἀφορισμὸς οὐκ ἀληθεύειν δόξει, πλὴν εἰ τὴν σηπεδόνα τοῦ φλέγματος εἰς χολώδη χυμὸν ἀξιώσειέ τις μεταπίπτειν.

μγ'.

[315] *Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίγνεται.*

Ἀμφιδέξιον Εὐριπίδης εἴρηκε σίδηρον τὸν ἑκατέρωθεν μὲν τέμνοντα, περιδέξιον δὲ τὸν Ἀστεροπαῖον Ὅμηρος τὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὁμοίως χρώμενον, ὡσεὶ καὶ ἀμφοτεροδέξιον εἰρήκει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀμφαριστε-

aperte folvuntur. Quare prior lectio praeferenda eft, quae veram earum febrium generatim curationem docet, quae laffitudinibus, folis ardoribus, frigoribus aut denique cutis conftipationibus oboriuntur. Is vero textus *non a bile*, tum pallidam tum atram bilem demonftrare poteft; non tamen propter has folas, fed etiam et pituitam putrefcentem excitari febrem oftendimus, atque hoc folo verus aphorifmus effe non videbitur, nifi quis putrefactione pituitam in biliofum humorem transire ac degenerare cenfuerit.

XLIII.

Mulier ambidextra non fit.

Euripides ancipitem et utrimque fcindentem gladium amphidexium appellavit, peridexium vero Afteropaeum Homerus, quod ambabus manibus fimiliter uteretur, quafi amphoterodexium dixiffet. Eodem modo Ariftophanes in

ρὸν Ἀριστοφάνης εἶπεν ἐν Ταγηνίταις ἄνθρωπον ἀμφοτέρωθεν ἀριστερόν. Ἱππῶναξ ἀμφιδέξιον ἔφη κατὰ τόνδε τὸν ἴαμβον.

Ἀμφιδέξιος γάρ εἰ μὴ καὶ οὐχ ἁμαρτάνω.

ἄνδρες μὲν οὖν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὡς δεξιαῖς χρώμενοι πολλάκις ὤφθησαν, γυνὴ δὲ οὐδεμία μέχρι δεῦρο, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως. εἴπερ γὰρ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ διὰ ῥώμην τῆς κατὰ τὰ νεῦρα καὶ τοὺς μῦς δυνάμεως ἄνδρες τινὲς χρῶνται, δεόντως οὐδεμία γυνὴ χρήσεται, ᾗ γε ἀγαπητόν ἐστι τῇ δεξιᾷ μόνῃ χρῆσθαι μετρίως. τὰς γοῦν Ἀμαζονίδας αὐτός φησιν ἐπικαίειν τὸν δεξιὸν τιτθὸν, ἵνα εἰς τὴν πλησίον χεῖρα πλείονος τροφῆς ἀφικνουμένης εὐρωστία τις αὐτῇ προσγένηται, ὡς τῇ φύσει γε καὶ ταύτης ὑπαρχούσης ἀσθενοῦς. ἔνιοι μέντοι φασὶν ἀμφιδέξιον εἰρῆσθαι τὴν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας γινομένην. καὶ τούτων ἔτ' ἀλογώτερον ἕτεροι περὶ τῶν ἑρμαφροδίτων ὀνομαζομένων τὸν λόγον εἶναί φασι τῷ Ἱπποκράτει

Tagenitis hominem ampharifterum nuncupavit utrimque finiftrum. Et Hipponax amphidexium dixit hoc jambo:

Ego ambidexter fum nec aberro namque.

Viri itaque qui ambabus manibus ut dextris utuntur faepe vifi funt, mulier vero ob naturae imbecillitatem hucusque nulla. Si namque propter nervorum et mufculorum robur perrari quidem viri ambabus manibus utantur, par certe fuerit mulierem non uti, cui fatis eft, fi fola dextra mediocriter utatur. Amazonidas fiquidem ipfe dixit mammam fibi dextram adurere, ut copiofiore alimento ad propinquam mamam perveniente, major ipfi firmitas accedat tanquam naturae infirmae ac debili. Nonnulli tamen amphidexiam mulierem dictam effe contendunt quae dextra uteri parte procreata fit. Atque his rurfum abfurdius alii qui de hermaphroditis appellatis Hippocrati hunc

τῷ μὲν ἄῤῥενι προσγίνεσθαι φάσκοντι γυναικεῖον αἰδοῖον, τῇ θηλείᾳ δὲ μὴ προσγίνεσθαι τὸ ἀνδρεῖον.

μδ'.

Ὁκόσοισιν ἔμπυοι καίονται ἢ τέμνονται ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται, ἢν δὲ ὕφαιμόν τε καὶ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

[316] *Ἐμπυήματα μὲν εἴωθεν ὀνομάζειν οὐ τὰ κατὰ θώρακα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ὁτιοῦν μόριον ἄλλο τοῦ σώματος εἰς πῦον ἀλλοιωθέντα φύματα. μόνους δὲ ἐμπύους προσαγορεύει τοὐπίπαν ἐξαιρέτους, οἷς μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἤθροισται τὸ πῦον, οὓς ὅτι συνήθως ἔκαιον οἱ παλαιοὶ μαθεῖν ἔστι καὶ ἐξ ὧν εἴρηκε Πλάτων ὁ κωμικὸς ἐπὶ Κινησίου κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν· μετὰ ταῦτα δὲ Εὐαγόρου ὁ παῖς ἐκ πλευρίτιδος Κινησίας σκελετὸς, ἄπυος, καλάμινα σκέλη φορῶν, φθόης προφήτης, ἐσχάρας κεκαυμένος πλείστας ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώ-*

aphorifmum effe proferunt, in quo doceat mari quidem pudendum adnafci muliebre, mulieri vero virile nequaquam.

XLIV.

Qui fuppurati uruntur aut fecantur, fi pus purum et album effluat, evadunt, fi fubcruentum et coenofum et graveolens, pereunt.

Empyemata confuevit nominare non quae in thorace dumtaxat, fed etiam quavis in alia parte in pus mutata funt tubercula. Prae ceteris vero empyos aut fuppuratos vocitat plerumque folos, quibus inter pectus et pulmonem pus collectum eft, quos urere confueviffe veteres, ex iis licet difcere quae Plato comicus in Cinefia his verbis dixit. Poftea vero Euagorae filius Cinefias e pleuritide fceletus et aridus pure vacans, arundinacea gerens crura, tabis praenuncius, plurimis efcharis corpus inuftus ab Euriphonte in concionem prodiit. Quod autem pus

μαι. ὅτι δὲ τὸ μὲν πῦον τὸ λευκὸν ἀγαθόν ἐστι, τὸ δὲ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες μοχθηρὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ.

με'.

Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πῦον τουτέοισίν ἐστιν· ἢν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

Ὁ αὐτὸς εἶπε τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οἱ μὲν ἀπόλλυνται τῶν οὕτως ἐχόντων, οἱ δὲ περιγίνονται· καὶ γὰρ οἷς ἐν χιτῶνι τὸ πῦόν ἐστι μηδὲν πεπονθυίας τῆς οὐσίας τοῦ σπλάγχνου σώζονται πάντες, οἷς δ' ἄχρι τῆς τοῦ ἥπατός σαρκὸς ἡ φθορὰ διήκει, δεόντως ἀποθνήσκουσιν. ὅτι δὲ ἀμόργην ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἐλαίου καὶ ὅτι τοιαύτης εἰκὸς γίνεσθαι τὴν ἄπεπτον σηπεδόνα τοῦ ἥπατος εὔδηλον παντί.

---

album bonum fit, feculentum vero et foetidum malum nemo ignorat.

XLV.

Qui fuppurato jecore aduruntur, fi pus purum albumque fluat, fofpites evadunt, in tunica namque his pus ineft, fi vero qualis amurca fluat, pereunt.

Ipfe caufam pronunciavit ob quam qui ita affecti funt, eorum quidam intereunt, quidam evadunt. Etenim quibus eft in tunica pus, illaefa vifceris fubftantia fervantur omnes; quibus vero in carnem ufque jecoris corruptio penetrat, ii ratione moriuntur. Quod autem amorgen amurcam olei faecem Graeci nominent, quodque ipfi fimilem par fit effe jecoris crudam putredinem omnibus manifeftum fit.

μστ΄.

(323) *Ὀφθαλμῶν ὀδύνας ἄκρητον ποτίσας καὶ λούσας πολλῷ θερμῷ φλεβοτόμει.*

---

[317] *Τῶν παραγεγραμμένων εἶναί μοι δοκεῖ καὶ οὗτος ὁ ἀφορισμὸς, οὐχ ὁμολογῶν ἑνὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων τὸ ὀδύνην ὀφθαλμῶν ἀκρατοποσίαν ἢ λουτρὸν ἢ πυρίην ἢ φλεβοτομίην ἢ φαρμακείην λύειν. τοῦτον μὲν τὸν ἀφορισμὸν ἐξήγημαι κατὰ τὸ ἕκτον ὑπόμνημα, δεικνὺς τὰς διαθέσεις, ἐφ᾽ ὧν ἕκαστον χρὴ τῶν βοηθημάτων ἄγειν εἰς χρῆσιν. ὁ δὲ νῦν προκείμενος ἀφορισμὸς ἐπὶ μιᾶς διαθέσεως ἀξιοῖ χρῆσθαι τοῖς τρισὶ βοηθήμασιν. εἰ μὲν οὖν ἔχει τις ἡμᾶς διδάξαι τὴν διάθεσιν, ἐφ᾽ ἧς χρεία τῶν τριῶν ἐστι βοηθημάτων, εἰσόμεθα χάριν αὐτῷ· μέχρι δ᾽ ἂν ἐξηγῶνται μὲν τὸν ἀφορισμὸν ὡς γνήσιον, μὴ διδάσκωσι δ᾽ ἡμᾶς τὴν διάθεσιν, οὐ πεισόμεθα ταῖς ἐξηγήσεσιν αὐτῶν. ἃ γοῦν λέγουσιν οἱ ὅλως ἐγχειρήσαντες εἰπεῖν τι, κἂν μετρίως πιθανὰ, ἔστι τοιαῦτα. ἐφ᾽ ὧν αἷμα παχὺ τὸ πλεονάζον ἐστὶ*

XLVI.

In oculorum doloribus epoto mero et copiofa calida toto corpore venam fecato.

Hic aphorifmus mihi quoque videtur ex adfcriptitiis effe, quum uni ex fupra commemoratis minime congruat docenti: *oculorum dolores meri potionem aut balneum aut fomentum aut venae fectionem aut purgationem folvere.* Atque hunc fane aphorifmum fexto commentario explanavimus, oftenfis iis affectibus, in quibus fingula remedia ad ufum ducenda fint. Propofitus vero aphorifmus in uno affectu tribus praefidiis utendum effe jubet. Quamdiu vero hunc aphorifmum tanquam legitimum explicuerint, neque nos quisnam is fit affectus docuerint, eorum explanationibus nequaquam fidem adhibebimus. At quae dicunt ii qui omnibus modis aliquid etfi purum probabile dicere contendunt, funt hujusmodi. In quibus craffus fan-

καὶ διὰ τοῦτο κενώσεως χρῄζον, ἄμεινον νομίζουσι χέοντες πρότερον αὐτὸ μετὰ ταῦτα χρῆσθαι τῇ φλεβοτομίᾳ, χεθήσεσθαι δὲ πιόντων τὸν ἄκρατον τῶν καμνόντων καὶ λουσαμένων. ἀλλ' οἱ ταῦτα λέγοντες ὅτι μηδέποτε διὰ πείρας ἦλθον ὧν λέγουσιν, ἀκριβῶς ἴσασιν οἱ τῶν ἔργων τῆς τέχνης τρίβωνες. οὔτε γὰρ οἶνον οὔτε λουτρὸν ἀνέχεται ἡ πληθωρικὴ διάθεσις ἄνευ μεγίστης βλάβης, ἀλλ' ἔστι ταῦτα τὰ βοηθήματα παχέως αἵματος ἐσφηνωμένου κατά τι μόριον ἄνευ τοῦ καθ' ὅλον τὸ σῶμα πλήθους. οὕτω γοῦν καὶ ὁ Ἀσκληπιάδης οἴνῳ χρῆται μετὰ τὴν τοῦ παντὸς σώματος κένωσιν, ὑπὲρ τοῦ τὰς ἐνστάσεις ἰᾶσθαι. πλήθους δ' ὄντος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διαῤῥαγῆναι φθάνουσιν οἱ χιτῶνες ὀφθαλμῶν ἐν αὐτῷ τῷ πίνειν τε καὶ λούεσθαι. ὥστε εἰ μὲν ἄνευ πλήθους ἡ ὀδύνη γίγνοιτο, δι' ἔμφραξίν τε καὶ σφήνωσιν αἵματος παχέος, ὀρθῶς μὲν λούσουσί τε καὶ οἶνον δώσουσιν, οὐκ ὀρθῶς δὲ φλεβοτομήσουσιν· εἰ δὲ πλῆθος εἴη, καλῶς μὲν φλεβοτομήσουσιν, οὐκ ὀρθῶς δὲ λούσουσι καὶ οἶνον δώσουσιν.

---

guis redundat atque idcirco vacuatione eget, in his melius esse putant sanguinem prius fundere, deinde uti phlebotomia; fusilem autem fore et renuatum iri, si meracum aegri bibant et se balneis laverint. Verum in artis operibus exercitati plane norunt talia proloquutos proloquiorum suorum periculum nunquam fecisse. Neque enim vinum neque balneum citra maximum detrimentum plethorica fert affectio. Sed haec sunt crassi sanguinis parti cuidam impacti citra universi corporis plenitudinem praesidia. Sic enim Asclepiades vino utitur post totius corporis vacuationem enstasεων curandarum gratia. Quod si totius sit corporis plenitudo, prius inter bibendum et lavandum dirumpentur tunicae quam earum expediatur obstructio. Quare si citra plenitudinem dolor oboriatur propter obstructionem et cuneationem crassi sanguinis, recte quidem laverint illi et vinum dederint, non etiam venam secuerint. Si vero plenitudo fuerit, tum recte venam secabunt, male vero lavationibus et vino utentur.

μζ.

Ὑδρωπιῶντα ἢν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστι.

Τοῦτο πρόσθεν εἴρηται· τοῖς ὑδρωπικοῖς βὴξ ἐπιγινομένη κακόν.

μη'.

[318] Στραγγουρίην καὶ δυσουρίην θώρηξις καὶ φλεβοτομίη λύει, τέμνειν δὲ τὰς εἴσω.

Ὅτι μὲν ἡ στραγγουρία τὴν κατὰ στράγγα τῶν οὔρων ἀπόκρισιν δηλοῖ τοὔνομα αὐτὸ διδάσκει. δυσουρία δὲ δύναται μὲν καὶ ἡ μετ' ὀδύνης οὔρησις εἰρῆσθαι, δύναται δὲ καὶ ἡ μετὰ δυσχερείας τινὸς, ὡς μόγις ἐνεργεῖν τὴν κύστιν. τὴν μὲν οὖν στραγγουρίαν αὐτῶν τε τῶν οὔρων ἐργάζεται ἡ δριμύτης, ἀῤῥωστία τε τῆς καθεκτικῆς ἐν τῇ κύστει δυνάμεως, ἥτις γίνεται διὰ δυσκρασίαν καὶ μάλιστα τὴν ψυχράν. τὴν δὲ δυσουρίαν, εἰ μὲν μετὰ ὀδύνης εἴη, φλεγμονὴ

XLVII.

Hydrope laborantem ſi tuſſis detineat, deſperatus eſt.

Haec ſententia ſupra jam pronunciata eſt. Hydropicis tuſſis ſuccedens malum.

XLVIII.

Stranguriam et dyſuriam thorexis et venae ſectio ſolvit. Interiores autem venae ſecandae ſunt.

σθαι δ' αὖ καὶ τὸν φρονοῦντα αὐτῷ τῷ φρονεῖν, καὶ τούτων τῶν ἡδονῶν ἑκατέρας πῶς ἄν τις ὁμοίας ἀλλήλαις εἶναι λέγων οὐκ ἂν ἀνόητος φαίνοιτ' ἂν ἐνδίκως; ὥσπερ δὲ τῶν ἡδονῶν τὰς διαφορὰς ὁ Πλάτων ἐν μὲν τῇδε τῇ ῥήσει διὰ βραχέων ἐνεδείξατο, καθ' ὅλον δὲ τὸ βιβλίον ἐπὶ πλεῖον διῆλθεν, οὕτως τῶν τεχνῶν ἐν δυοῖν βιβλίοιν, τῷ Σοφιστῇ τε καὶ Πολιτικῷ. ἆρ' οὖν ἐπιστημῶν μὲν καὶ ἡδονῶν εἰσι διαφοραὶ πολλαὶ καὶ χρωμάτων καὶ σχημάτων καὶ τῶν ἐν ταῖς φωναῖς τόνων, ὡσαύτως δὲ καὶ ἡλικιῶν καὶ ὡρῶν καὶ χωρῶν καὶ νόσων, ἁπάντων τε τῶν ἄλλων, ἐν μόνοις δὲ τοῖς θερμοῖς ἤτοι γε οὐκ εἰσὶν ὅλως ἢ ἀδύνατος γιγνώσκεσθαι τοῖς ἀνθρώποις; καὶ μὴν ὅ γε τοῦ Λύκου λόγος ἀναιρεῖ τοῦ θερμοῦ τὰς διαφορὰς, ὡς οἴεται μὲν αὐτοῦ μόνου, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν, ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, εἴ γε ἡ τοῦ λόγου δύναμις ὁμοίως ἀντεπεκτείνασθαι δύναται. καὶ γὰρ δὴ κἀπὶ τῶν ὑγρῶν αὐτῶν ἐφεξῆς ἐρῶ τάδε, μηδὲ ταῦτα διαφέρειν ἀλλήλων λέγων, καθόσον ὑγρά. τὸ δὲ δὴ μέγιστον αὐτοῦ τῶν ἁμαρτημάτων, ὅτι καὶ τὰς τέχνας ἁπά-

utrasque voluptates inter ſe eſſe ſimiles affirmarit, num merito inſanus declarabitur? Quemadmodum autem voluptatum differentias hac quidem in oratione paucis Plato demonſtravit, plenius vero eas per univerſum librum expoſuit, ſic artium duobus in libris, Sophiſta et Politico, differentias explicuit. Num igitur ſcientiarum et voluptatum differentiae nullae ſunt, ut et colorum et figurarum quique vocibus inſunt tonorum. Eodem vero modo et aetatum, tempeſtatum anni, regionum, morborum ceterorumque omnium. An vero ſolis calidis nullae omnino ſunt aut haec ab hominibus cognoſci nequeunt? Attamen haec Lyci ratio, ut ipſe quidem arbitratur, ſed revera etiam rerum aliarum omnium differentias tollit, ſi ipſius rationis vires eodem modo portendi queant. Etenim eadem ſane de humidis ipſis deinceps dicam, haec nimirum inter ſe, quatenus humida ſunt, non differre. At vero errorum ipſius maximus eſt, quod artes etiam univerſas in

σας ἀναιρεῖ τὴν σύστασιν, ἐχούσας ἐν ταῖς τῶν εἰδῶν διαφοραῖς. ὁ μὲν οὖν Πλάτων ἐν κεφαλαίῳ γε προειπὼν ὑπὲρ τῆς τῶν τεχνῶν συστάσεως, ἐπὶ παραδείγματός τε διῆλθε τὸν λόγον, ἐπιδεικνὺς ὅπως ἡ γραμματικὴ συνέστη τέχνη, γνωσθείσης τῆς ἐν ταῖς φωναῖς διαφορᾶς. ὁ δὲ τοῦ Λύκου λόγος ἀναιρεῖ δηλονότι καὶ ταύτην τὴν τέχνην καὶ τὴν μουσικὴν ὁμοίως αὐτῇ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ἀξιῶν τὸ ᾗ νενόηται, τὸ δέ τι μίαν ἔχειν ἐν αὐτῷ διαφοράν. θέασαι γοῦν ὅπως ἀναιρήσει πρώτην μὲν τὴν περὶ τὰ γράμματα τέχνην ὁ λόγος αὐτοῦ, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας. δοκεῖ μοι ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον εἶναι τὴν φωνὴν ταύτην γε σκοποῦντι ᾗ νενόηται, κατ᾽ αὐτὴν λέγω τὴν ἐκφώνησιν, πρὸς ἑτέραν ἂν φωνὴν παραλλαγὴν ἔχειν, κατά τινα ἰδιότητα παραλλάττουσαν κατὰ ποιό- [365] τητα ἐν τῇ ἐκφωνήσει κειμένην. οὗτος ὁ λόγος αὐτός ἐστι πάντῃ τοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν γεγραμμένου τῆς ῥήσεως τῷ Λύκῳ καὶ δι᾽ αὐτῶν γε περαίνεται τῶν ἐκείνου ῥημάτων ἁπάντων ἑνὸς μόνου τοῦ κατὰ τὸ θερμὸν ὀνόματος εἰς τὸ τῆς φωνῆς

specierum differentiis suam constitutionem consequutas evertat. Ac certe Plato quum summatim prius de artium constitutione disseruisset, exemplo rationem operum dum demonstravit quomodo cognitis vocum differentiis ars grammatica constituta sit. At Lyci ratio tum hanc nimirum artem tum peraeque musicam et ceteras omnes tollit, dum vocis hujus, quatenus hoc aliquid intelligitur, unicam censet esse differentiam. Intuere igitur, quomodo Lyci ratio primum eam quae in literis versatur artem, deinde etiam ceteras omnes evertat. Fieri non posse aut perarduum esse mihi videtur, vocem hanc, quatenus intelligitur, consideranti cum altera voce secundum ipsam pronunciationem dico, differentiam habere proprietate quadam immutantem, qualitate videlicet quae in pronunciatione ponitur. Haec ratio prorsus ipsa est quae per initia orationis scripta legitur, iisque ipsis illius verbis omnibus absolvitur, unico solo nomine calidi in vocis vocabulum

μεταβεβλημένου, ὥστ᾽ εἴπερ ἐκεῖνος ὑγιὴς, καὶ οὗτος· ἀλλὰ μὴν οὐχ ὑγιὴς οὗτος, ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖνος· εἰ μή τι ἄρα νομίζουσιν οἱ τὰ τοῦ Λύκου φρονοῦντες οὔτε τὴν ε φωνὴν ἑτέραν εἶναι τῆς ο, διαφέρειν δὲ τὴν ο τῆς ω. εἰ δὲ καὶ ταύτας ἑτέρας ἀλλήλων ὁμολογήσομεν εἶναι καὶ πρὸς ταῦτα καὶ τὴν α καὶ τὴν ι καὶ τὴν υ. καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων γραμμάτων, αὗται μὲν ἔσονται τέτταρες ἐπὶ ταῖς εἴκοσιν. ἡ γνοῦσα δ᾽ αὐτῶν τὴν διαφορὰν τέχνη γραμματικὴ, καθάπερ γε καὶ μουσικὴ τέχνη περὶ τὴν ἐν ταῖς φωναῖς ὀξύτητα καὶ βαρύτητα, καίτοι καὶ ταύτας οὐδὲν ἧττον ὁ τοῦ Λύκου λόγος ἀναιρεῖ. φωνὴ γὰρ φωνῆς, ᾗ φωνὴ, διαφέρειν οὐδὲν, ἀλλ᾽ ὅμως ὁ μὲν τῆς μέσης φθόγγος ὀξύτερος μέν ἐστι τόνῳ τῆς λιχανοῦ τῶν μέσων, βαρύτερος δὲ τόνῳ τῆς παραμέσης. αὐτῶν δ᾽ ἐκείνων πάλιν ὁ μὲν τῆς λιχανοῦ τῆς παρυπάτου τῶν μέσων ὀξύτερος τόνῳ. ὁ δὲ τῆς παραμέσης βαρυτέρως ἡμιτόνῳ τῆς τρίτης τῶν διεζευγμένων. εἶτ᾽ ἐκείνων αὖθις ὀξύτεροί τε καὶ βαρύτεροι, κἄπειτ᾽ ἐκείνων αὖθις ἕτεροι, μέχρις ἂν ἐπὶ τὸν ὀξύτατόν τε καὶ βαρύτα-

mutato. Quare si illa ratio valeat, haec quoque valeat. Sed haec profecto valida non est, illa proinde invalida. Nisi forte qui Lyci sententiis annuunt arbitrentur *ε* vocem ab *ο* alteram neque esse, neque *ο* ab *ω* differre. Quod si has quoque inter se diversas esse concesserimus et praeterea tum *α* tum *ι* tum *υ* ac ceteras omnes literas, hae quidem erunt viginti quatuor. Quae vero ars ipsarum novit differentias, grammatica est, quemadmodum et musica eas novit quae inter voces acutas et graves sunt differentias, etiamsi has nihilo minus Lyci tollat ratio. Vox enim a voce, qua vox est, nihil differt; quum tamen mediae chordae sonus lichani chordae mediarum tono acutior sit, gravior vero parameses tono. At rursum inter istas lichani tonus peripatitono mediarum acutior est; parameses vero tonus semitonio tertiae divisarum gravior. His etiam tum acutiores tum graviores, atque his alii deinceps, quousque ad acutissimum omnium gravissimum-

Ed. Chart. IX. [365.] Ed. Baf. V. (332.)
τὸν ἁπάντων ἀφικνώμεθα φθόγγον. ἀλλ' ὁ θαυμασιώτατος Λύκος οὐκ αἰσθάνεται ταῦτα πάντα ἀναιρῶν ἐν τῷ λέγειν· δοκεῖ μοι ἀδίνατον καὶ ἀμήχανον εἶναι τὸ θερμὸν ταῦτά γε σκοποῦντι, ᾗ νενόηται, κατ' αὐτὴν λέγω τὴν θάλψιν, πρὸς ἕτερον αὖθις παραλλαγὴν ἔχειν. καλὸν εἰ μηδὲ χρῶμα χρώματος, ᾗ χρῶμά ἐστι, διαφέρειν εἰπὼν, ἀναιρεῖ τὴν γραφικὴν τέχνην, ἐρυθρόν γέ τι παραθεμένην χρῶμα καὶ λευκὸν καὶ μέλαν καὶ ξανθὸν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. πολὺ γὰρ δήπου πιθανώτερος ὁ λόγος αὐτοῦ καὶ περὶ χρωμάτων ἐστὶν ὁ λεγόμενος, ἢ νῦν εἴρηται περὶ τοῦ θερμοῦ· θερμὸν μὲν γὰρ θερμοῦ διαλλάττειν φαμὲν, οὐ μὴν ἐναντίου γε ὑπάρχειν πάντῃ. χρῶμα δὲ χρώματος οὐ διαφέρειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν ἐναντιώτατόν ἐστι τοῦ λευκοῦ τὸ μέλαν.

---

que fonum perveniamus. Verum maxime admirabilis Lycus non animadvertit fe haec omnia hifce verbis evertere: *impoffibile ac perarduum effe mihi videtur calidum hac ratione confideranti qua intelligitur ipfa etiam calefactione cum altero etiamnum diverfitatem habere.* Praeclarum eft, fi quis colorem a colore, qua color eft, non differre dicens, pictoriam artem e medio tollat, quae rubrum, album, nigrum, flavum et hujusmodi quoscunque ceteros colores fubjecit oculis. Enimvero quae ipfius eft de coloribus ratio, quam quae de calido enunciatur, longe probabilior eft. Calidum fiquidem a calido difcrepare dicimus, non tamen alterum alteri prorfus contrarium effe. Colorem vero a colore non differre dumtaxat, verum etiam natura albo nigrum maxime contrarium effe pronunciamus.

δ'.

Καὶ πῶς ἐγχωρεῖ, φήσειεν ἂν ὁ Λύκος, ἐναντίον εἶναι τῷ χρώματι καθ' ὃ νενόηται χρῶμα ὄν; καὶ ἀληθεύσει γε ναὶ μὰ τοὺς θεοὺς, ὅσον ἐπὶ χρώματος καὶ τὸ χρῶμα μηδὲν ἡγούμενος ἕτερον ἑτέρου διαφέρειν, ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο ἀληθὲς, οὕτω κἀκεῖνο τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος οὐ μόνον διαφέρον, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον διαφέρον, ὡς ἐναντιώτατον εἶναι. καὶ πῶς ἐγχωρεῖ, τάχα φήσουσιν οἱ τὰ τοῦ Λύκου πρεσβεύοντες, ἅμα μὲν εἶναι ταὐτὸν, ἅμα δὲ ἐναντιώτατον εἶναι; καὶ πῶς τῷ μέλανι λευκόν; οἷς ἡμεῖς ἀποκρινούμεθά τί γε τοσοῦτον, ὡς εἴπερ οὐκ ἐγχωρεῖ τὸ λευκὸν ἐναντίον τε ἅμα καὶ ταὐτὸν εἶναι τῷ μέλανι, τὸ ἕτερον αὐτοῦ αἱρείσθωσαν. ὁ μὲν γὰρ Πλάτων οἴεται δυνατὸν εἶναι, καθάπερ γε καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος, ἕτερον ἑτέρῳ ταὐτὸν ὂν τῷ γένει, τοσαύτην ὅμως ἔχειν [366] τὴν ἐν εἴδει διαφορὰν, ὡς (333) ἐναντιώτατον ὑπάρχειν. οὗτοι δ' εἰ μὴ νομίζουσιν ἀληθεύειν ἄμφω τὸν λόγον τὸν ἐναργέστερον ἑλέσθω-

IV.

Qua etiam ratione, dicet Lycus, fieri poteſt ut color, qua color intelligitur, colori ſit contrarius? At veritatem quidem per deos profeſſurus eſt arbitratus colorem, quantum ad colorem ſpectat, alterum ab altero nihilo differre. Verum quemadmodum id verum eſt, ſic et illud album videlicet a nigro non ſolum diverſum eſſe, ſed etiam tantopere diſſidere, ut illi ſit contrarium. Quo pacto etiam fieri poteſt, dicent fortaſſis qui Lyco primas tribuunt, ut ſimul res eadem ſit, ſimul quoque maxime contraria. Qua ratione nigro album et contrarium et idem dabitur? Quibus quiddam tanti momenti reſpondemus, ut, ſi non detur album nigro ſimul et contrarium et ſimul idem eſſe, eorum alterutrum eligant. Nam Plato, quemadmodum ſane et Ariſtoteles et Theophraſtus, fieri poſſe exiſtimat, quum alterum alteri idem ſit genere, tantam tamen in ſpecie differentiam habere, ut ei maxime contrarium exiſtat. Quod ſi utramque rationem veram

σαν. ἐναργέστερον δέ ἐστιν, ὅσῳ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογούμενον, ἐναντίον εἶναι τὸ λευκὸν τῷ μέλανι. καὶ μὴν, εἴπερ ἀληθές ἐστι τοῦτο, νομίζουσι δὲ αὐτοὶ μὴ δύνασθαι τοὺς λόγους ἀμφοτέρους ἀληθεύεσθαι, τόν τε ἐναντίον εἶναι φάσκοντα τὸ λευκὸν τῷ μέλανι καὶ τὸν αὐτὸν οὐκ ὀρθῶς ἐροῦσιν μηδὲν διαφέρειν ᾗ χρῶμά ἐστιν τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος. ὁ μὲν οὖν ἐν τῷ τοῦ Πλάτωνος γράμματι διαλεγόμενος τῷ Σωκράτει, συγγνωστὸς ἦν ἴσως, κωλύων τὸν Σωκράτην διαιρούμενον ἡδονὴν ἡδονῆς διαφορᾷ. οὐ γὰρ ἦν που βιβλίον οὐδὲν τοιοῦτο διδάσκων, ὡς ἐγχωρεῖ πολλὰ πολλοῖς ὄντα τῷ γένει ταὐτὰ διαφέρειν ὅμως εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐναντιώτατον ἀλλήλοις ἰδέαν τε καὶ φύσιν ἔχειν. ἐπεὶ δ' ὑπὸ Πλάτωνος ὁ Φίληβος ἐγράφη διδάσκων τἀληθὲς, εἰ μὲν οὐδ' ὅλως ἀνέγνω τὸ βιβλίον ὁ Λύκος, ἄγαμαι τῆς παιδείας τὸν Λύκον. εἰ δ' ἀναγνοὺς οὐκ ἐνόησε, θαυμάζω τῆς συνέσεως. εἰ δὲ νοήσας οὐκ ἐπείσθη, μακαρίζω τῆς κρίσεως. ὦ πρὸς τοῦ Διὸς ἐρωτᾷ τίς λόγον οὐδὲ τὰ

esse non censeant, manifestiorem eligant. At tanto manifestius est album nigro contrarium esse, quanto a cunctis hominibus conceditur. Ac sane si hoc verum sit, illi vero utramque rationem fieri non posse censeant, tum hanc quae album nigro contrarium tum illam quae idem esse profert, nequaquam recte sentiunt, quum album, quatenus color est, a nigro nihil differre praedicant. Enimvero qui in Platonis libro cum Socrate disputat, fortassis erat venia dignus, quum Socratem per voluptatis differentias voluptatem dividere prohiberet. Nondum enim liber talis habebatur, qui fieri posse doceret, quum multis multa sint eadem genere, ea tamen eo usque differre, quo maxime contrariam inter se et ideam et naturam sortiantur. At quum in Platone Philebus veritatem docens editus fuerit, si librum hunc non omnino legerit, Lycus, Lyci eruditionem admiror; sed si legerit nec intellexerit, ingenii demiror sollertiam; si vero intellexerit nec concesserit, felix praedico judicium. Proh Jupiter! quis pri-

πρῶτα μαθὼν τῆς διαλεκτικῆς; ἔστι τὶς ἂν ἄνθρωπος Ἕλλην ἰατρὸς ἢ γραμματικὸς ἢ ῥήτωρ ἢ φιλόσοφος ἢ ὅλως ὁστισοῦν ἄλλος ἀντιποιούμενος λόγων, ὡς οὐκ ἀνέγνω τὸν Πλάτωνος Φίληβον; καίτοι τί λέγω τὸν Φίληβον; οὐ γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ τὸν προκείμενον λόγον Πλάτων ἐδίδαξεν, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλων πολλῶν ἐπεμνήσθη βιβλίων, ὧν ἐχρῆν μόνον κἂν ἕν γέ τι τὸν θαυμασιώτατον Λύκον ἀνεγνωκέναι, ἀντιποιούμενον λόγων ἐπιστημονικῶν. αἰσχρὸν γὰρ Ἱπποκράτην διελέγχειν ἐπιχειροῦντα καὶ λόγους ἐπερωτῶντα περαντικοὺς, ὡς νομίζει, μηδὲ τὰ πρῶτα φαίνεσθαι μεμαθηκότα τῶν ἐν ταῖς φιλοσόφων διατριβαῖς. ἀλλὰ νὴ Δία θαυμαστὸν αὐτοῦ τὸ περὶ τῶν ὑγρῶν ἐστι παράδειγμα. καὶ γὰρ τοῦτο βούλεται, μηδὲν ἀλλήλων διηφέρειν, ᾗ πάντα ἐστὶν ὑγρὰ, καθ' ὃ μέντοι τὰ μὲν ὀξέα, τὰ δὲ στρυφνὰ, τὰ δ' ἁλμυρὰ, τὰ δὲ γλυκέα, ταύτῃ διαλλάττειν, οὐκ ἀκούει δὲ ἐν τούτοις αὐτὸς ἑαυτοῦ. λέγων γὰρ ᾗ διαφέρει τὰ ὑγρὰ κατασκευάζειν οἴεται μηδεμίαν ἐν αὐτοῖς εἶναι διαφορὰν, ἀλλὰ μάτην μὲν Ἱπποκράτην διαφορὰν εἰρηκέναι, μάτην δὲ Θεόφραστον

mis dialectices rudimentis ineruditus rationem quaerit? Quis homo Graecus est medicus, grammaticus, rhetor, philofophus aut denique quivis alius rationes fcrutaturus Platonis Philebum non legerit? Sed quid Philebum profero? Non enim in hoc folo libro propofitam rationem docuit Plato, verum etiam aliis in multis meminit, quorum unum faltem oportebat admirabilem Lycum legiffe, qui fcientificas rationes fcrutabatur. Turpe fiquidem est eum qui Hippocratem arguere contendit rationesque concludentes difquirit, prout cenfet, illa minime videri didiciffe quae prima inter philofophos tractantur. Verum per Jovem, admirandum ipfius de humidis exemplum est. Etenim hoc vult ea nihil inter fe differre, qua omnia funt humida, qua tamen haec acida, alia acerba, alia falfa, alia dulcia, hac ratione differre. In his vero ipfe fe ipfum non obaudit. Quum enim qua humida differunt profert, arbitratur nullam ipfis ineffe differentiam comprobaffe, imo fruftra Hippocratem differentiam attuliffe,

ὅλην πραγματείαν γεγραφέναι περὶ χυλοῦ. καίτοι καὶ αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ὁ χυλὸς ὑγροῦ διαφοράν τινα ἐνδείκνυται, ἀλλ' ὅμως καίτοι διαφορά τις οὖσα ὑγροῦ, πάλιν αὐτὴν τέμνεσθαι πέφυκεν εἰς ἑτέρας διαφοράς. οὐ μὴν θαυμαστὸν εἰς τοσοῦτον ἀπαιδευσίας ἥκοντα Λύκον, ὡς νομίζειν ἐν ὄξει στύφουσαν εἶναι ποιότητα, τοιαύτην τολμῆσαι πρὸς Ἱπποκράτην γράφειν ἀντιλογίαν. τὰ γὰρ οὕτως ἐναργῆ καὶ Διοσκορίδης ὁ Ἀναζαρβεὺς ἐγίγνωσκεν, οἵ τ' ἄλλοι πάντες οἱ τὰ περὶ ὕλης ὑπομνήματα γράψαντες. ὀνομάζουσι γοῦν ἐν ταύταις τὰ μὲν ἁλυκὰ, τὰ δὲ ἁλμυρὰ τὰ δὲ πικρὰ, τὰ δὲ γλυκέα, τὰ δὲ αὐστηρὰ, τὰ δὲ στρυφνὰ, τὰ δὲ στύφοντα, τὰ δὲ δριμέα, τὰ δὲ ὀξέα. Λύκος δ' ὁ θαυμασιώτατος ἤτοι οὐδ' ὅλως γινώσκει διαφέρουσαν ὀξεῖαν ποιότητα στυφούσης ἢ πεπήρωται τὴν γεῦσιν, ὃς μηδ' ὅλως αἰσθάνεσθαι τῶν ἐν τοῖς χυμοῖς διαφορῶν. ἔοικεν οὖν ὡς ἀπίου καὶ μεσπίλου καὶ μήλου καὶ κυδωνίου τοῦ [367] ὄξους αἰσθάνεσθαι, καίτοι γε πάντων ἀνθρώπων ἔνια μὲν τῶν μήλων

frustra quoque Theophrastum integrum de succo opus conscripsisse. Quamquam vero id ipsum nomen *succus* aliquam humidi differentiam prae se fert, nihilo minus etiam quaedam est humidi differentia, quae rursus in alias differentias secari consuevit. Num admirationis est Lycum ad tantam imperitiam appulisse, ut auguretur adstringentem aceto inesse qualitatem talemque adversus Hippocratem ausum esse controversiam scriptis objicere? Haec enim ita dilucida tum Dioscorides Anazarbeus novit, tum ceteri omnes qui de materia medica commentarios scripsere, in quibus alia quidem salsa nominant, alia salsuginosa, alia amara, alia dulcia, alia austera, alia acerba, alia adstringentia, alia acria, alia acida. At eminentissimus Lycus aut acidam qualitatem ab adstringente discrepantem plane non agnoscit aut depravato est gustu, qui nullas prorsus saporum differentias percipit. Videtur enim in pyri, mespili, mali et cydonii, ita et aceti sapor deprehendi, quum tamen cuncti homines poma nonnulla

Ed. Chart. IX. [367.] Ed. Baf. V. (333.)

ὀξέα καλούντων, ἔνια δὲ στύφοντα, γλυκέα δὲ ἄλλα, καθάπερ, οἶμαι, καὶ ῥοιὰς ὀξείας τε καὶ στυφούσας καὶ γλυκείας. ἐν μέν γε τοῖς οἴνοις, ᾧ ἀρετὴ κακίας ἀφώρισται, στύψις ὀξύτητος, εὐγενεῖς μὲν γὰρ οἱ στύφοντες. ὀξὺς δ᾽ οὐδεὶς κατὰ φύσιν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ μικρὸν αὐτοῖς προσέλθῃ τοιαύτης ποιότητος, ὑποπτεύομεν αὐτίκα τὴν εἰς ὄξος αὐτῶν μεταβολήν. ἴσως οὖν ὁ Λύκος οὐδ᾽ ὀξυλάπαθον, οὐδ᾽ ὀξυαλίδα, λαπάθου τε καὶ θριδακίνης διεγίνωσκεν, οἷς στυφούσης μὲν ποιότητος οὐδὲ τοὐλάχιστον ὑπάρχει, τῆς δὲ ὀξείας δαψιλῶς μετέσχηκεν ἄμφω. θαυμαστὸν μὲν οὖν εἰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς ὀξείας ποιότητος ὠνόμασται, τὸ δὲ ὄξος αὐτὸ οὐ μετέσχηκεν αὐτῆς. ἀλλ᾽ ὁ μηδὲ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις ἀποσώζων Λύκος, ἐγκαλεῖν Ἱπποκράτει τολμᾷ. πάλιν οὖν ἔγνω τὴν παρὰ τοῖς φυσικοῖς ζήτησιν ὑπὲρ τοῦ τῶν χυμῶν ἀριθμοῦ. κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲν, ὡς ἔοικε, διαφέρει χυμὸς χυμοῦ, καθόσον χυμός ἐστιν. ἡδέως ἂν οὖν ἤκουσα τίνος τῶν ὄντων εἰσὶν αἱ τοιαῦται διαφοραὶ, γλυκὺς, ὀξὺς, δρι-

acida vocitent, nonnulla ftyptica, alia dulcia, quemadmodum arbitror et mala punica tum acida tum ftyptica tum dulcia. At vinorum quidem, quatenus virtus a vitio et adftrictio ab acore fecernitur, generofa certe funt ftyptica. Acidum fecundum naturam nullum eft. Imo fi paucum ipfis etiam hujusmodi qualitatis acidae acceflerit, in acetum eorum mutationem fore quam primum fufpicamur. Itaque fortaffis Lycus neque oxylapathum, neque oxalidem a lapatho et lactuca novit difcernere, quibus adftringentis quidem facultatis ne minimum quidem eft, acidae vero ambo plurimum participant. Mirum profecto, fi haec ab acida qualitate denominata fint nec ejus quidquam acetum ipfum participet. Jam vero qui ne communes quidem fenfus integros fervat Lycus Hippocratem audet accufare. Praeterea de faporum numero quaeftionem novit. Ad hoc enim, ut videtur, fapor phyficorum a fapore, quatenus fapor eft, nihil differt. Quare ex eo libenter audirem, cujusnam rei fint hujusmodi differentiae, dulcis, acidus,

μὺς, πικρὸς, ἁλμυρὸς, ἀλυκὸς, στρυφνὸς, αὐστηρὸς, στύφων, λιπαρός. εἰ μὴ γὰρ χυμῶν ἴσως ἤτοι φωνῶν ἢ χρωμάτων ἢ ὀδμῶν ἢ διὰ τῆς ἀφῆς εἰς γνῶσιν ἥκουσι. παρὰ ταύτας γὰρ οὐκ ἔχομεν ἄλλην αἴσθησιν, ἀλλ᾽ εἰσὶν αἱ πᾶσαι πέντε, γεῦσις καὶ ἀκοὴ καὶ ὄψις καὶ ὄσφρησίς τε καὶ ἁφή. διαγινώσκομεν δὲ ὥσπερ καὶ ταῖς ἄλλαις ἄλλα τῶν αἰσθητῶν, οὕτως τῇ γεύσει καὶ τοὺς χυμούς. ὡς δὲ ἐν τοῖς ὑγροῖς αἱ διαφοραὶ πολλαὶ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀν ταῖς αἰσθήσεσιν. καίτοι γε ᾗ αἰσθήσεις εἰσὶν, οὐ διαφέρουσιν, ἀλλ᾽ ὁ διαλεκτικώτατος Λύκος οὐκ ἐάσει λέγειν ἡμᾶς οὔτ᾽ ἐν τοῖς χυμοῖς εἶναι τὰς εἰρημένας διαφορὰς, οὐδὲ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν, ἃς ἅπαντες γιγνώσκουσιν, οὔτ᾽ ἐν τοῖς χρώμασι καὶ λευκὸν καὶ μέλαν καὶ φαιὸν καὶ ξανθὸν καὶ πυῤῥὸν, ἐρυθρόν τε καὶ φοινικοῦν καὶ κυανοῦν. οὔτε γὰρ χρῶμα χρώματος ᾗ χρῶμά ἐστι διαφέρει. μαίνονται τοίνυν ἅπαντες ἰατροὶ καὶ φιλόσοφοι χρωμάτων μὲν ἡγούμενοι διαφορὰς εἶναι τὰς εἰρημένας. χυμῶν δὲ τὸν ὀξὺν καὶ πικρὸν καὶ δριμὺν, ὅσους τ᾽ ἄλλους ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον,

acris, amarus, falfugineus, falfus, acerbus, aufterus, adftringens, pinguis. Nifi enim hae faporum fint differentiae, fortaffis erunt aut vocum aut colorum aut odorum aut tactu in cognitionem veniunt. Nam praeter eos alium fenfum non habemus, fed univerfi quinque funt inaequales guftus, auditus, vifus, odoratus et tactus. Quemadmodum autem fenfilium alia aliis dignofcimus, fic et guftu fapores. At vero ut in humidis multae funt differentiae, fic et in fenfibus, etiam fi quatenus funt fenfus non differant. Verum in dialecticis maxime verfatus Lycus dicere nos non permittit, neque praedictas effe in faporibus differentias, neque in fenfibus, quas omnes agnofcimus, neque in coloribus, album, nigrum, fufcum, flavum, fulvum, rubrum, puniceum, caeruleum. Neque enim color a colore, qua color eft, differt. Infaniunt ergo medici omnes et philofophi, qui praedictas colorum differentias effe arbitrantur, faporum vero acidum, amarum, acrem et quoscunque alios paulo ante commemoratos, quemad-

ὥσπερ καὶ τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν. οὔτε γὰρ χρῶμα χρώματος, ᾗ χρῶμά ἐστι, διαφέρει, ὡς οὔτ᾽ αἴσθησις αἰσθήσεως οὔτε χυμὸς χυμοῦ, καθάπερ οὐδὲ πυρετὸς πυρετοῦ, ὅτι μηδὲ θερμὸν θερμοῦ. μαίνονται τοίνυν οἱ γράψαντες ἰατροὶ, πυρετῶν διαφορὰς πολλὰς καὶ τὸν καῦσον καὶ τὴν λειπυρίαν καὶ τὸν ἠπίαλον καὶ τὸν τυφώδη καὶ τὸν λοιμώδη καὶ τὸν ἡμιτριταῖον, ἀμφημερινόν τε καὶ τριταῖον καὶ τεταρταῖον. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Λύκος ἑτέρωθι γράφει πυρετῶν διαφορὰς, ὥσπερ γε καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων πραγμάτων.

ε΄.

[368] *Τί ποτ᾽ οὖν δόξαν αὐτῷ νῦν ἐπελάθετο τοῦ τέμνειν ἕκαστον τῶν ἄλλων εἰς τὰς οἰκείας διαφορὰς, ὅς γε καὶ περὶ τοῦ τῶν ἀχύρων ἐξαπτομένου πυρὸς, ὡς χρῆσθαι τοῖς τὸν χρυσὸν ἐργαζομένοις ἔθος, οὐδεμίαν εἶναι νομίζει διαφορὰν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὰς ἄλλας ὕλας. οὐδὲ γὰρ τὸ πῦρ τοῦ πυρὸς, ᾗ πῦρ ἐστιν, ἢ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον,*

modum et ipforum fenfuum. Neque enim color a colore, qua color eft difcrepat, ut neque a fenfu fenfus, neque fapor a fapore; quemadmodum neque febris a febre differt, quod a calido calidum non diffideat. Itaque medici defipiunt, qui multas febrium differentias fcripferunt, ardentem, lipyriam, epialam, typhodem, peftilentem, hemitritaeam, quotidianam, tertianam, quartanam. Imo et ipfe Lycus alibi febrium, ut et aliarum rerum prope omnium, differentias fcriptis mandavit.

V.

Quid igitur ipfi mentem obvolvit, qui nunc res alias fingulas in proprias fecare differentias oblitus eft, quique etiam in igne ex paleis fuccenfo, prout iis uti confuetum eft, qui aurum elaborant, nullam effe differentiam exiftimat ab eo qui ex alia materia accenditur? Neque enim ignis ab igne, quatenus ignis eft, fed majoris minorisque

ἰσχυρὸν γάρ εἶναί τι καὶ ἀσθενὲς πῦρ ἐγχωρεῖ, καὶ τό γε τῶν ἀχύρων ἀσθενέστατον εἶναι νομίζων, ἐνταμιευτὸν εἶναί φησι πρὸς τὴν ἐργασίαν τοῦ χρυσοῦ. διατήκεσθαι γὰρ αὐτὸν καὶ διαῤῥεῖν ἰσχυροτέρᾳ πλησιάζοντα φλογί. ἀλλ᾽, ὦ βέλτιστε Λύκε, φαίη τις ἂν οἶμαι πρὸς αὐτὸν, εἰ τῶν φυσικῶν φιλοσόφων ἠκηκόεις ζητούντων ὅπως αἱ φλόγες γεννῶνται κατανενόηκας ἂν οἶμαι τὰς ἐν αὐταῖς διαφοράς. ἐγὼ τοίνυν ὅσον οἷόν τε διὰ βραχυτάτων ἐπιτέμνεσθαι λόγον οὐ μικρὸν ἐξηγήσομαί σοι περὶ αὐτῶν. ὁρᾷς, οἶμαι, τῆς καιομένης ὕλης ἀναθυμίασίν τινα γιγνομένην ἐν διεσπασμένοις ἀπ᾽ ἀλλήλων μορίοις, ὧν μεταξύ τις ἀὴρ ἀπολαμβανόμενος, ἐξ ἀνάγκης (334) μὲν δήπου θερμαίνεται. παμπόλλην δὲ ἴσχει διαφορὰν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. ἀλλὰ καὶ τὰ διαλείμματα τῶν ἀναφερομένων σωμάτων οὐκ ἴσα πάσαις ταῖς φλοξίν ἐστιν, ὥσπερ οὐδ᾽ αὐτῆς τῆς ἀναθυμιάσεως ἡ φύσις, ἀλλὰ καὶ μεγέθει καὶ σμικρότητι διενήνοχεν

ratione differt: vehementem enim ignem aliquem et imbecillum esse conceditur; igneum vero ex paleis succensum imbecillum esse ratus eum ad aurum elaborandum ait maxime idoneum esse. Ipsum namque liquefieri ac diffluere oportet, si vehementiori flammae admoveatur. Sed o praeclarissime Lyce quisquam auguror, ipsum interpellaverit, si physicos philosophos, quomodo flammae procreentur, differentes audivisses; eorum mea quidem sententia differentias intellexisses. Quare ego verbis quam potero brevissimis concidere non parvam de iis quaestionem tibi sum explicaturus. Cernis, opinor, dum uritur materia, quandam evaporationem in separatis ab invicem partibus excitatam, inter quas medius quidam aër intercipitur, qui sane necessario calefit, maximam tamen pro majoris et minoris ratione differentiam consequitur. Sed et corporum quae efferuntur interstitia flammis omnibus aequalia non sunt, quemadmodum neque ipsius exhalationis natura, sed tum magnitudine tum pravitate inter se

ἀλλήλων τὰ τῆς καιομένης ὕλης ἀναθέοντα μόρια καὶ πυκνότητι καὶ μανότητι καὶ τῷ τὰ μὲν ἡμίκαυτα, τὰ δ' οἷον ὁλόκαυτα ὑπάρχειν, ἢ ὅλως τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον ἐκπυροῦσθαι. ὅταν οὖν ταῦτα φαίνηται τοσαύτην ἔχοντα τὴν διαφορὰν, ὅ τε ἀὴρ ὁ δεδεγμένος αὐτὰ ποτὲ μὲν μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν ἐκτεθερμασμένος ᾖ, ποτὲ δ' ἧττον, ἀναγκαῖον εἶναι παμπόλλην γε ποικιλίαν γίγνεσθαι καὶ διαφορὰν οὐκ ὀλίγην τῆς φλογός. ἡ γὰρ τῆς μίξεως ἀνομοιότης τὸ πλῆθος τῶν διαφορῶν ἐργάζεται.

στ'.

Ὥσπερ δὲ τὰ περὶ τοῦ πυρὸς ἀμαθῶς εἴρηται τῷ Λύκῳ, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον κἀπειδὰν φάμενος τριχῶς ἐννοεῖσθαι τὸ πολὺ θερμὸν, ἕκαστον τῶν σημαινομένων ἐπεξέρχεται. τὸ μὲν γάρ τι κατὰ τὴν οὐσίαν φησὶν ἐννοεῖσθαι τὸ πολὺ θερμὸν, τὸ δέ τι κατὰ τὴν ἐπίστασιν τῆς ποιότητος, τὸ δέ τι κατὰ τὴν ἰσχὺν τῆς οἰκείας ἐνερ-

differunt, quae ex accenſa materia evehuntur particulae, tum etiam denſitate tum raritate; quodque hae quidem ſemiuſtae ſint, illae vero prorſus aduſtae, aut denique quod hae magis, illae minus accendantur. Quum igitur hae tantam differentiam obtinere conſpiciantur tum vero qui eas excepit aër, interdum magis, interdum etiam minus ab ipſis excalefiat, arbitror quam plurimam diverſitatem, neque paucas flammarum neceſſario eſſe differentias. Mixtionis enim inaequalitas differentiarum multitudinem efficit.

VI.

Quemadmodum autem quae de igne imperite a Lyco pronunciata ſunt, ad eundem quoque modum opinor, poſteaquam trifariam protulit copioſum calidum accipi, unumquodque ſignificatum enarrat. Aliud enim copioſum calidum ſecundum ſubſtantiam dicit intelligi; aliud vero ſecundum qualitatis intenſionem, aliud denique ſecundum

γείας. ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι τοῖς αὐξανομένοις πολὺ θερμὸν ἐπὶ σμι- [369] κρῷ γε τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ οὔτε κατὰ τὴν τῆς ποιότητος αὔξησιν, οὐ γὰρ φαίνεται θερμότερον τῶν ἀκμαζόντων. ἐν μὲν δὴ τῇ τῶν οἰκείων ἔργων ἰσχύϊ συγχωρεῖ μὲν ὑπερέχειν τὸ τῶν αὐξανομένων θερμὸν, ἀλλ' οὐ κυρίως λέγεσθαι. ἔστι μὲν οὖν ἡ ῥῆσις αὐτοῦ, δι' ἧς ταῦτα δηλώσει, μεγίστη. ἀλλ' ἐγώ μοι δοκῶ, καθάπερ ἐπὶ τῆς προγεγραμμένης ἔπραξα, καὶ νῦν οὕτω ποιήσειν. οὖσαν γὰρ κἀκείνην μακροτάτην οὐχ ὅλην ἔγραψα, μόνον δὲ τὸ ἐπικαιρότατον αὐτῆς ἐξέλεξα. γιγνέσθω τοίνυν κἀπὶ ταύτης οὕτως καὶ γραφέσθω τὸ χρησιμώτατον εἰς τὸ προκείμενον μέρος αὐτῆς. ὁ μὲν ἕτερος οὖν μοι τῶν λόγων κ ι δὴ πέρας ἔχει, ἐπὶ δὲ τὸν λοιπὸν ἂν ἀφικοίμην, δύο γὰρ δήπου μεμνῆσθαί μου προθεμένας εὐθὺς ἐπιζητήσεις ἐν ἀρχῇ, μίαν μὲν τὴν εἰ ὀρθῶς προσέθηκεν Ἱπποκράτης τὸ ἔμφυτον, ἄλλην δὲ εἰ ὀρθῶς εἶπε, πλεῖστον εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ θερμόν. τῆς δ' ἑτέρας οὖν ζητήσεως

propriae actionis robur. Verum neque fecundum fubftantiam iis qui crefcunt copiofum calorem effe, in exigua fcilicet corporis mole, neque fecundum qualitatis incrementum: non enim in vigentibus calidior apparet; calorem tamen in propriarum functionum robore iis qui crefcunt excedere concedit, fed non proprie dici. Porro ipfius oratio qua haec explicat ampliffima eft. Verum ego ut in fuperioribus fcriptis egi, fic et nunc acturus videor. Quum enim longiffima effet illius oratio, non univerfam defcripfi, fed eam folum illius partem elegi quae effet opportuniffima. Sic igitur in hac agatur et quae pars ipfius ad propofitum maxime conferat, ea fcriptis prodatur. Enimvero altera quidem mihi oratio finem habet, ad reliquam vero accedamus. Meminiffe fiquidem oportet duas ftatim ab initio quaeftiones a me fuiffe propofitas; alteram quidem an recte Hippocrates *innatum* appofuerit, alteram an recte pronunciaverit *plurimum iis qui crefcunt effe calidum.* Jam ergo prima quaeftione abfoluta ad re-

ἐκτετελεσμένης, ἐπὶ ταύτην οὖν λοιπὸν τραποίμην καὶ ἐπιχειρήσαιμι ἀνασκοπεῖσθαι, εἰ ὀρθῶς λέλεκται, πλεῖστον εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ θερμόν. κατὰ δὴ τὸ ἐξετάζειν ἕτερον θερμὸν, τριττὰ τυγχάνει ὄντα τὰ ἐπιζητήσεως δεόμενα καὶ μάλα πολὺ κεχωρισμένα ἀλλήλων. ἓν μέν τί ποτέ ἐστι τὸ πλεῖον ἄλλο ἄλλου θερμὸν, ἕτερον δὲ τί ποτέ ἐστιν ἄλλο ἄλλου θερμότερον, καὶ τρίτον τί ποτέ ἐστιν ἄλλο ἄλλου θερμὸν ἰσχυρότερον. εἰ μὲν οὖν τύχῃ τις ἐρόμενος ἡμᾶς ποῖόν τί ἐστι τὸ πλεῖον ἄλλο ἄλλου θερμὸν, τὸ ἀνάλογον ὀφείλομεν ἀποκρίνεσθαι ὡς καὶ πρὸς τὸν ἕτερον ἐρόμενον ποῖόν τί ἐστιν ἕτερον ἑτέρου ὑγρὸν πλεῖον ἀποκρινοίμεθα. ὥσπερ γὰρ ἐνταῦθα πρῶτον τὸ ἐπερώτημα πρὸς τὸ εἰρημένον ἐστὶν, οὐκέτι ἄλλο τι ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι ἀλλ᾽ ἢ μόνον τοῦτο τὸ τῇ οὐσίᾳ ὑπερβάλλειν πλεῖον, ἀμέλει ὑγρὸν ἄν τις εἴποι τὸν ἀμφορέα τοῦ ἡμίσεως. οὕτω δὲ κἀπὶ τοῦ θερμοῦ, εἰ τὴν αὐτήν τις ἐρώτησιν ἐρωτοίη ταύτην, ποῖόν ἐστι πλέον τοῦ ἑτέρου θερμὸν, οὐκ ἂν ἄλλο τι ὀρθῶς

fiduam veniamus atque contemplari aggrediamur, rectene dictum fit: *crefcentibus plurimum caloris effe?* Porro ad alterum calidum cum altero explorandum tria emergunt, quae difquifitionem defiderant, etiam plurimum inter fe diftantia. Primum eft quid fit copiofius aliud alio calidum effe; alterum quid fit aliud alio calidius effe; tertium quid fit calidum aliud alio validius. Si quis igitur forte nos roget, quale quid fit copiofius aliud alio calidum effe, fimili analogia refpondere debemus, ut etiam alteri interroganti, qualenam fit quod alterum altero eft exuberantius refpondebimus. Quemadmodum enim primum huc interrogatio ad id quod enunciatum eft tendit, nihil quidquam refpondendum eft aliud, praeterquam hoc folum nimirum ipfa fubftantia exuberare copiofius, plus fiquidem humoris amphoram dimidio continere quisquam dixerit. Sic vero et in calido, fi quis hac eadem interrogatione perquirat, qualenam fit calidum quod altero amplius eft, nihil quidquam aliud recte refpondebimus, quam

ἀποκρινοίμεθα ἢ τὸ τῇ οὐσίᾳ πλέον διὰ τὸ οὐσίας ὑπάρχειν πλεῖον δηλονότι καὶ παρήκειν τόπῳ πλείονι. καὶ οὐδὲν ἄν γε κωλύσει ταὐτὸν καὶ πλεῖον εἶναι θερμὸν καὶ ἐπ᾽ ἔλαττον θερμὸν, ὥσπερ γε καὶ τὸ πλεῖον τῇ οὐσίᾳ ὑγρὸν, δύναιτ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἔλαττον εἶναι κεχυμένον. πρὸς μὲν οὖν τό γε ἐπερώτημα τοῦτο ὀρθῶς ἄν τις ἀπεκρίνατο· πρὸς δ᾽ αὖ ἐκεῖνο τὸ ποῖόν ἐστιν ἕτερον ἑτέρου θερμότερον ἀποκρίνασθαι ὀρθῶς ἐστι τὸ κατὰ τὴν θάλψιν ἐπιτεταμένον μᾶλλον, κἂν ἐπὶ οὐσίας ἐλάττονος τύχῃ ὄν. ὥσπερ γε πρὸς τὸν ἐρόμενον ὁποῖόν τί ἐστιν ἕτερον ἑτέρου λευκότερον ἔστιν ἀποκρίνασθαι ὀρθῶς τὸ ἐπιτεταμένον μᾶλλον κατὰ τὴν ποιότητα τὴν λευκήν. κατὰ γοῦν τοῦτο κἂν ἐν βραχεῖ ὄγκῳ τύχῃ οὖσα χιὼν, λευκοτέραν τις φαίη αὐτὴν εἶναι οὐτινοσοῦν ἄλλου λευκοῦ, ὥσπερ γε καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον ποῖόν ἐστι τὸ ἕτερον ἑτέρου ὑγρότερον ἀποκρίνασθαι ἔστιν ὀρθῶς τὸ μᾶλλον κεχυμένον, οἷον τὸ ὕδωρ τοῦ μέλιτος καὶ τῆς πίττης, κἂν τὸ μὲν ὕδωρ ἐν πάνυ βραχείᾳ οὐσίᾳ θεωρῆται, τὸ δὲ μέλι καὶ ἡ πίττα ἐν ὑπερβολῇ. οὕτω δὲ καὶ

quod fubftantia fit amplius, quod nimirum plus in eo fit fubftantiae et ampliorem locum occupet. Atque etiam nihil prohibebit in eodem et plus effe calidi et minus tamen caloris; quemadmodum etiam humidum, quod plus fubftantia, minus tamen fufum effe poteft. Ergo ad hanc interrogationem quivis recte refpondebit. Illi rurfum ubi quaeritur, qualenam fit quod alterum altero eft calidius, recte refponderi poteft, quod etiamfi minus habeat fubftantiae, intenfiori tamen calore conftat. Quemadmodum enim interroganti, qualenam fit quod alterum altero candidius eft, recte refpondere licet quod fit ad albam qualitatem adauctius, proindeque nix, etiamfi exigua fit mole, eam tamen ipfam quivis quocunque alio albo candidiorem effe affirmaverit. Quemadmodum etiam quaerenti qualenam quod alterum altero fit humidius, fcite refpondebitur, quod fufum magis fit, veluti aqua, melle ac pice, quamquam aqua quidem in pauca fubftantia confpicitur, mel vero et nix in exuberantia. Sic etiam de calido

πρὸς τὸν περὶ θερμοῦ ἐρόμενον ποῖόν τί ἐστιν ἕτερον ἑτέρου θερμότερον ὀρθῶς ἔστιν ἀποκρίνασθαι τὸ μάλιστα ἐπιτεταμένον [370] κατὰ τὴν θάλψιν, οἷον τὸ πῦρ οὐκ ἂν ἐπ' ὀλίγης οὐσίας θεωρεῖται, ἕτερον δὲ τί που θερμὸν καὶ χλιαρὸν ἀντεξεταζόμενον τούτου τυγχάνον ἐπὶ πλείονος οὐσίας ὑπάρχον. πρὸς μὲν οὖν ταῦτα αἵδ' ἀποκρίσεις εἰσὶ, πρὸς δὲ τὸν ἀναπυνθανόμενον, ποῖόν τί ἐστι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἰσχυρότερον θερμὸν οὐκέθ' ὁμοία ταῖς πρόσθεν ἀπόκρισις. οὔτε γὰρ τὸ κατὰ θάλψιν ἐπιτεταμένον μᾶλλον ἀποκρινούμεθα οὔτε τὸ ἐπ' οὐσίας θεωρούμενον πλείονος, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν ἄνυσιν τοῦ ἔργου ὑπερβάλλον. συνίσταται δ' ἂν ὅπερ λέγω οὕτως· ἔργα δήπου τὰ τοῦ θερμοῦ πολλά ἐστι. χεῖται γάρ τινα τούτῳ καὶ ἄλλα συνίστησι καὶ μεταβάλλει μάλα πολλὰ καὶ ὡς κατὰ μέρος εἰπεῖν ἐπὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων πέττει τὴν τροφὴν ἐν γαστρὶ καὶ τοῖς ἐντέροις καὶ εἰς τὸ σῶμα ἀνάγει τὴν κατεργασίαν καὶ πρὸς σῶμα ἀλλοιοῖ καὶ προσφύει τοῖς ἡμετέροις σώμασιν αὐτὴν, κατά γε τὴν θρέψιν καὶ τὴν αὔξησιν. ἔστιν οὖν ἰσχυρότερον ἕτερον ἑτέρου θερμὸν τὸ μᾶλλον παρέχεσθαι

interroganti quale ſit quod alterum altero ſit calidius jure reſpondebitur quod in colore maxime ſit adauctum, qualis ignis non in pauca ſubſtantia conſpicitur, illique alterum quoddam calidum opponitur quod ſit tepidum, ſed ampliorem quam hoc ſortitum ſubſtantiam. Ergo ad interrogata hae ſunt reſponſiones. Sciſcitanti vero qualenam ſit alterum altero validius calidum, non eaedem ac ſuperiores ſunt reſponſiones. Neque enim quod in calore intenſiore ſit reſpondemus, neque quod in ſubſtantia majori conſpiciatur, ſed quod in operis perfectione excedat. Ceterum quod dico ita ſtatuitur. Coloris ſane opera multa ſunt. Quaedam enim eo funduntur, alia coguntur, plurima quoque ille transmutat, atque ut ſigillatim dicam in noſtris corporibus, in ventriculo et inteſtinis alimentum concoquit operamque in corpus deducit, ad corpus immutat ipſamque noſtris partibus magis tum ad nutritionem

ταῦτα δυνησόμενον. τὸ δὲ τυγχάνον ὂν οὐχὶ πάντως, τὸ ἤτοι κατὰ τὴν ποιότητα ἐπιτεταμένον ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν πλεῖον. πολλάκις γὰρ τὸ ἔλαττον τῇ οὐσίᾳ καὶ τὸ ἔλαττον τῇ θάλψει ἀνυσιμώτατον πρὸς τὸ ἔργον ἐστίν. ὡς γὰρ τὸ πρότερον εἴπομεν ἡμῖν πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τῶν οἰκείων ἔργων, οὐ τὸ μάλιστα ἐπιτεταμένον ἐστὶν ἰσχυρότερον, ἀλλὰ τὸ μάλιστα σύμμετρον. ὥς τό γε ἐπιταθὲν κατ' αὐτὴν τὴν θάλψιν, ἐνίοτε καὶ βλάβος τοῖς ἔργοις γίνεται, καί μοι τούτου πιστότατα ἱκανὰ, ἃ πρόσθεν ἡμῖν ἐγὼ διεξῆλθον περὶ τῆς ἰδιότητος τοῦ θερμοῦ λέγων. τούτων ὧδε ἐχόντων καὶ τριῶν ὄντων, ὥσπερ προείρηκα, τῶν ἐπιζητουμένων κατὰ τὸ ἀντεξετάζειν, ἕτερον πρὸς ἕτερον θερμὸν, ἐπειδὰν Ἱπποκράτης φησὶν ἐνταῦθα ἔχειν τὰ αὐξανόμενα τὸ θερμὸν πλεῖστον τὸ ἔμφυτον, τῶν τριῶν ἓν ἢ κυρίως χρώμενος ταύτῃ τῇ φωνῇ, ψεῦδός τε εἴρηκεν ἢ κακῶς κέχρηται τῇ φωνῇ καὶ ψεῦδός τι εἴρηκεν ἢ ἵνα ἀληθές τι δόξῃ εἰρηκέ-

tum ad incrementum inferit. Ergo validius eſt alterum altero calidum, quod iſta praeſtare valeat opera. Id nequaquam ſemper conſequitur, quod aut qualitate intenſius ſit aut ſubſtantia copioſius. Nam plerumque quod paucioris eſt ſubſtantiae et paucioris caloris ad opus obeundum eſt efficaciſſimum. Ut enim prius loquebamur ad propriorum operum confectionem calidum, non quod maxime adauctum, ſed quod maxime commoderatum eſt, validius exiſtit. Quare calidum ipſo calore protenſius interdum etiam functiones laedit. Quae vobis ſuperius ego de calidi proprietate diſſerui, haec ad fidem faciendam maxime digna ſufficiunt. Quum autem haec ita ſe habeant ſintque tria, ut prius dixi, quae in alterius calidi cum altero comparatione diſquiruntur; quumque Hippocrates hic pronunciaverit: *quae creſcunt calidi innati plurimum habere*, ex tribus unum commiſiſſe neceſſe eſt. Aut enim proprie hac loquutione uſus falſum aliquid protulit aut plane hac loquutione abutitur et aliquid falſi enun-

ναι, χρὴ γὰρ αὐτὸν οὐ καλῶς τῇ φωνῇ κεχρῆσθαι. εἰ μὲν γὰρ λέγει πλεῖστον εἶναι τὸ θερμὸν τοῖς αὐξανομένοις, οἷον κατὰ τὴν οὐσίαν, ὡς ἂν καὶ τὸ ὑγρόν τις φαίη πλεῖστον εἶναι τοῦ ἀμφορέως, οὐ τὸ διπλάσιον τούτου, τῇ μὲν φωνῇ ὀρθῶς δόξει κεχρῆσθαι, ψεῦδος δέ τι πολὺ ἀνάγκη ἐστὶν αὐτὸν εἰρηκέναι. οὐ γάρ ἐστι τῇ οὐσίᾳ τὸ ἐπὶ τῶν αὐξανομένων θερμὸν πλεῖστον, ὅτι οὐδὲ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος μείζων ἐστὶν ἐπὶ τούτων ἢ ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων τε καὶ γερόντων. τὸ δ᾽ ἔμφυτον θερμὸν παντὶ παρεκτέταται τῷ σώματι. εἰ δ᾽ αὖ πλείονα λέγει τοῖς αὐξανομένοις καὶ ταύτην τὴν θάλψιν ἐπιτεταμένην ἴσως τούτου θερμοτέραν, ὡς ἂν (335) καὶ φαίη τις βουλόμενος εἰπεῖν τὴν χιόνα λευκοτέραν εἶναι ἄλλου του τῶν λευκῶν, μὴ λευκοτέραν εἶναι αὐτὴν μηδὲ μᾶλλον λευκὴν, ἀλλὰ πλεῖον εἶναι τὸ λευκὸν τοῦδε λευκοῦ, κατ᾽ ἀμφότερα δόξει ἁμαρτάνειν Ἱπποκράτην, κατά τε τὸ μὴ καλῶς κεχρῆσθαι τῇ φωνῇ καὶ κατὰ τὸ ἄλλως ψεῦδός τι λέγειν· κατὰ μὲν τὸ μὴ καλῶς κεχρῆσθαι τῇ

ciavit aut ut verum aliquid attulisse videatur, ipsum tamen hac sententia belle usum esse oportet. Si namque calidi plurimum crescentibus esse pronunciat secundum substantiam videlicet, veluti si quis in amphora humidi plurimum esse protulerit, quod duplo vas humido sit amplius. Hac quidem loquutione recte usus esse videtur, falsi tamen quiddam ipsum pronunciasse maxime necesse est. Non enim crescentibus secundum substantiam inest calidi plurimum, quum his non insit major corporis moles quam aetate florentibus ac senibus. At calidum innatum universo corpori expanditur. Quod si rursus pronunciet adolescentibus majorem eumque intensiorem inesse calorem, fortassis altero calidiorem, quemadmodum si quis protulerit, quum nivem re alia candidiorem affirmare velit, non illam esse candidiorem, neque magis candidam, sed in ea esse plus candoris, in utroque aberrare apparuerit Hippocrates, tum quod loquutione non probe sit usus tum quod alias falsum quiddam enunciet. Quod lo-

φωνῇ διαμαρτάνειν ἂν δοκοίη, ὅτι τὴν ἐπ᾽ οὐσίας πλείονος ταττομένην φωνὴν ταύτην ἔταξεν, ἐθέλων σημῆναι ποιότητα ἐπιτεταμένην μᾶλλον ὑπάρχειν τῇ θάλψει. ψεῦδος δέ τι ἂν δοκῇ εἰρηκέναι, ὅτι οὐ μάλιστα ἐπιτεταμένον τὸ θερμὸν τοῖς αὐξανομένοις κατὰ τὴν ποιό- [371] τητα, οὐ δεόντως, θερμότερον ἐπὶ τῆσδε τῆς ἡλικίας τοῦ θερμοῦ ἢ ἐπ᾽ ἄλλης τινός. ὁ δὲ ἔφη εἶναι μάλιστα ἐπιτεταμένον ἐπὶ τῶν αὐξανομένων· ὅτι δὲ τοῦτο ψεῦδος τυγχάνει ὂν τὸ μάλιστα ἐπιτετάσθαι τοῖς αὐξανομένοις τὸ θερμὸν, ῥᾴδιόν ἐστι παντὶ ἐπιστῆσαι. οὐδὲν γὰρ ἂν εὑρέθη γνώρισμα κατὰ τὸ σῶμα ὑπάρχον ἐπὶ τῶν αὐξανομένων τῆς μάλιστα κατὰ τὴν θάλψιν ἐπιτάσεως τοῦ θερμοῦ. τὸ γὰρ εἰρημένον ὑπὸ τούτου ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου συγγράμματι, εἰς τέκμαρσιν τοῦ πλεῖστον εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ θερμὸν, ἠλίθιον παντελῶς. τῷ γὰρ πρώτῳ χρόνῳ θερμότερον ἀποφαίνειν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τεκμαιρόμενος τῇ αὐξήσει πλείστῃ τηνικαῦτα συντελουμένῃ. οὐ γὰρ ἂν πρὸς βίαν, φησὶ, καὶ παρὰ φύσιν ἀνεφέρετο ἡ τροφὴ πρὸς ἐναντίον τῷ αὐτῆς

quutione probe ufus non fuerit, is aberrare confpicietur, quum in majore fubftantia explicanda pofitam hanc loquutionem ftatuerit, dum intenfiorem caloris qualitatem oftendere nititur. Falfum autem quiddam pronunciaffe videbitur, quum calidum crefcentibus qualitate minime fit intenfius, neque hac in aetate jure calidum quam in alia quapiam fit calidius. At ille crefcentibus maxime intenfum effe pronunciavit. Quod autem falfum fit crefcentibus intenfius effe calidum omnibus fcire facile eft. Nullum fiquidem compertum eft indicium in corpore eorum qui crefcunt, praefertim ratione caloris, intenfionis calidi. Nam quod ab eo in libro de natura humana pronunciatum eft ad probandum crefcentibus plurimum calidum effe plane irritum eft, videlicet primo aetatis tempore hominem effe calidiorem affirmare ducta ab incremento, quod tunc plurimum peragitur, conjectura. Non enim vi, inquit, et praeter naturam ferretur alimentum contra fui

τῆς βάρει ἐν τῷ αὔξεσθαι τὸ σῶμα, εἰ μή τι ἰσχυρὸν τὸ ἐπαναγκάζον ᾖ. τῷ γὰρ τοιούτῳ οὐ τὸ μᾶλλον ἐπιτετάσθαι κατὰ τὴν θάλψιν τὸ θερμόν ἐστι γνώρισμα, ἀλλὰ τὸ ἰσχυρότερον εἶναι. τὸ δὲ ἰσχυρότερον, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, οὐ τοιοῦτον ἦν, οἷον τὸν μάλιστα ἐπιτεταμένον κατὰ αὐτοῦ ποιότητα, ἀλλὰ τὸ μάλιστα σύμμετρον πρὸς τὸ ἔργον. ὅτε δὴ οὖν ταῦτα ταύτῃ ἔχει, εἴπερ οὕτως λέγει Ἱπποκράτης, τὰ αὐξανόμενα τὸ θερμὸν ἔχει πλεῖστον τὸ ἔμφυτον, κατ᾽ ἀμφότερα διαμαρτάνει, κατά τε τὸ μὴ καλῶς κεχρῆσθαι τῇ φωνῇ καὶ κατὰ τὸ ψεῦδός τι ἄλλως εἰρηκέναι· εἰ δ᾽ ὡς τὸ τρίτον εἶπον λέγει, πλεῖστον εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ θερμὸν ἐν ἴσῳ τοῦ τε ἰσχυροτάτου πρὸς τὴν ἄνυσιν τοῦ ἔργου, ὅπερ γίνεται ἐκ τοῦ μάλιστα σύμμετρον εἶναι, οὐχὶ δέ γε ἐκ τοῦ ἤτοι τῇ οὐσίᾳ πλεῖον ὑπάρχειν ἢ αὐτῇ τῇ θάλψει ἐπιτετάσθαι μάλιστα. τῇ μὲν οὖν φωνῇ δοκοίη ἂν καλῶς κεχρῆσθαι, ὅτι πλεῖστον εἶπεν εἶναι τὸ θερμὸν, δέον φάναι ἰσχυρότατον, τὸ μέντοι εἰρημένον ὀρθῶς λελέχθαι δοκοίη ἄν. ὥσπερ γὰρ αἱ αὐξήσεις ὑπὸ τοῦ

ponderis propenſionem, dum augetur corpus, niſi quid validum ſit quod cogeret. Hoc enim hujusmodi non quod ratione caloris magis intendatur, calidum indicium eſt, ſed quod ſit validius. At validius, ut paulo ante protuli, non id eſt quod ſua ipſius qualitate maxime intenſum, ſed ad opus conficiendum contemperatiſſimum eſt. Quando igitur hunc in modum ſe habent, ſi ita loquatur Hippocrates: quae creſcunt calidum innatum habent plurimum, in utroque caeſpitat tum quod non probe vocabulis utatur tum quod aliquid falſum alias pronunciaverit. At ſi, ut in tertio dicebam, creſcentibus plurimum eſſe calidum, peraeque ac validiſſimum ſit ad operis perfectionem proponat, quod ex eo potiſſimum oboritur, quia commoderatum eſt, non quia ex ſubſtantia copioſiore conſtat aut ex calore protenſiore procedit. Hac itaque loquutione non recte uſus eſſe videtur, quia plurimum eſſe calidum protulit, quod validiſſimum dixiſſe debuerat, id tamen ab eo recte pronunciatum eſſe videtur. Quemadmodum enim

ἐμφύτου γίνονται θερμοῦ, ὥσπερ οὖν ἐρεῖ ὁ λόγος, ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον μὴ ἰσχυρότατον εἶναι αὐτὸ ἐπὶ τῶν αὐξανομένων. καί μοι εἰς τοῦτο καλῶς ἂν εἴη λελεγμένον τὸ ἐκ τοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου συγγράμματος. ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην ἰσχυρότατον ἔχειν τὸ θερμὸν αὐτῆς, οἵα καὶ ἡ τοῦ Λύκου ῥῆσις εἰς μῆκος μὲν ἐκτεταμένη, πλέον δὲ οὐδὲν ἑρμηνεύουσα τῶν ὑπ᾿ ἐμοῦ προειρημένων. εἰ μὲν γὰρ τῷ τῆς οὐσίας ὄγκῳ παραμετρῶν ὁ Ἱπποκράτης, πλέον ἔφησεν εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ θερμὸν ἁμαρτάνειν αὐτὸν οἴεται, μικροτέρου σαφῶς τοῖς παιδίοις ὑπάρχοντος τοῦ σώματος. εἰ δὲ τὸ κατὰ τὴν θάλψιν ἐπιτεταμένον, πάλιν αὖ καὶ τούτου μάχεσθαί φησι τὸ φαινόμενον. εἰ δὲ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἰσχυρότερον, ἀληθές μέν τι λέγεσθαι συγχωρεῖ, κεχρῆσθαι δὲ οὐ καλῶς αὐτὸν ἀποφαίνει τῇ λέξει. χρῆναι γὰρ οὐ πλέον, ἀλλ᾿ ἰσχυρότερον ὡς πρὸς τὴν ἐνέργειαν εἰρῆσθαι τὸ τῶν αὐξανομένων θερμόν.

---

ab innato calido incrementa perficiuntur, fic ratio dictat fieri minime poffe, quin id adolefcentibus validiffimum fit. Atque id mihi praeclare pronunciatum fuerit, quod in libro de natura humana fcribitur. Quod enim crefcit atque vi procedit corpus, id calidum ipfius validiffimum habere neceffe eft. Qualiscunque fuerit Lyci oratio in prolixitatem protenfa nihil amplius quam quae a me prius commemorata funt explicat. Si namque fubftantiae molem metitus Hippocrates, copiofius crefcentibus effe calidum pronunciavit, ipfum aberrare cenfet, quum perfpicue puerulis minus corpus exiftat. Si vero intenfioris caloris ratione etiamnum quae huic apparent id oppugnare denunciat. Si denique quod in opere perficiendo validius fit, veram quidem fententiam dixiffe concedit, ipfum tamen loquutione non prope ufum fuiffe afferit. Non enim copiofius calidum, fed validius ad opus perficiendum in iis qui crefcunt pronunciaffe oportuerat.

ζ'.

[372] *Ἀλλ', ὦ βέλτιστε Λύκε, φαίη τις ἂν, οἶμαι, πρὸς αὐτὸν ἀπολογούμενος ὑπὲρ ὧν ἐπηρεάζει τὸν Ἱπποκράτην μὴ ταῦτα εἶναι μοχθηρὰ τὰ λεγόμενα. εὐθὺς οὖν τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν πλέον θερμὸν, οὐχ ἁπλῶς κρίνεται τῷ τοῦ παντὸς ὄγκῳ σώματος, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὁ Λύκος ἔλεγεν ἑτέρωθι, μέγιστον ἐγκέφαλον ἔχειν τὸν ἄνθρωπον οὐχ ἁπλῶς λαμβάνων τὸ μέγεθος, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ζώου πρὸς τὸ ζῶον. ὥσπερ οὖν οὕτω σμικρὸν παιδίον ἐλέφαντος τοῦ μεγίστου μείζονα τὸν ἐγκέφαλον ἔχειν φησὶν, οὐ τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ μόνῳ προσέχων τὸν νοῦν, ἀλλὰ προστιθεὶς αὐτοῦ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν, οὕτω κἀπὶ τοῦ θερμοῦ σώματος ἐχρῆν πεποιηκέναι, σκεψάμενον ὁποῖόν τι τῶν ἐν ἡμῖν σωμάτων ἔμφυτον ὑπάρχει, τουτέστιν ἀρχέγονον. αὐτὸς γὰρ ἐπίσταται τοὔνομα καὶ γεγραμμένον ἐν τοῖς Ἱπποκρατείοις βιβλίοις καὶ συνημμένον ἐκεῖνο τὸ σῶμα τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον τοῖς γεννωμένοις, τουτέστιν ἐξ οὗ τὴν πρώτην ἔσχηκε γένεσιν. ἆρ' οὖν ἄλλο τι τοῦτ' ἐστὶ πλὴν κα-*

VII.

Verum, o Lyce clariffime, protulerit mea quidem fententia quispiam illis ad hominem refponfurus, quibus ipfe Hippocratem calumniatur, haec non effe prava quae ab eo pronunciantur. Jam primum enim calidum copiofius fecundum fubftantiam non abfolute univerfi corporis mole dijudicatur, imo ut ipfe Lycus alibi proferebat, maximum homini cerebrum effe non accepta abfolute magnitudine, fed ex animalis tum animali analogia loquutus eft. Quemadmodum igitur pufillum adeo puerulum maximo elephante majus habere cerebrum pronunciavit, non foli corporis moli mente adhibita, fed et addita ejusdem rei analogia, fic etiam illum in calido corpore feciffe oportebat fpeculatum, quale fit quod noftris corporibus innatum exiftit, hoc eft primigenium. Ipfe namque fcit hoc nomen Hippocraticis libris fcriptum effe illudque corpus quod ab exordio procreandis infitum eft coaluiffe, hoc eft ex quo illa primum ortum habuere. Utrum igi-

ταμηνίου καὶ σπέρματος; ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδα τρίτον, ἀλλ' ἐπεί περ ἡ τοῦ σώματος οὐσία τοῖς γεννωμένοις ἐκ τούτων ἐστὶ τῶν ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκριβῶς πρώτη σύστασις οὐκ ἐκ πλείστων ἂν εἶναι λέγοιτο τῶν εἰρημένων σωμάτων, ἀλλ' ἐκ μόνων. καίτοι τί λέγω τὴν πρώτην ἀκριβῶς; εἰ γὰρ ἀναμνησθείημεν ὁποίαν τινὰ διηγήσατο τὴν ἑκταίαν γονὴν Ἱπποκράτης, εἰσόμεθα σαφῶς ἔτι διαμένον ἐν αὐτῇ τὸ ἔμφυτον σῶμα. πρὶν γὰρ ὀστοῦ τινα φύσιν ἢ φλεβὸς ἢ ἀρτηρίας ἢ νεύρου ἢ χόνδρου ἢ συνδέσμου ἐν τῷ κυήματι φαίνεσθαι, μόνον αὐτοῖς ὑπάρχει θερμὸν σῶμα τὸ ἔμφυτον. ἀδιάπλαστος γάρ τις σὰρξ μαλακὴ παραπλήσιος αἵματος θρόμβῳ διαδέχεται τὴν πρώτην τοῦ κυήματος ἰδέαν, ἐν αὐτῇ τινας ἔχουσαν, καθάπερ Ἱπποκράτης ὠνόμασεν, οἷον αἱμάλωπας ἐκ τῆς τοῦ σπέρματος οὐσίας, τῆς ἐν αὐτῇ λευκότητος ὑπαρχούσης, ὕστερον δ' ἐκ πολλῆς τῆς ἀλλοιώσεως συνεχῶς γιγνομένης, ὀστοῦ τις ὑπογραφὴ καὶ χόνδρου καὶ συνδέσμου καὶ νεύρου καὶ ἀρτηρίας καὶ φλεβὸς ἀποτελεῖται, καθ' ὃν ἤδη χρόνον μένον ἔτι τὸ ἔμφυτον θερμὸν σῶμα

tur quiddam hoc aliud exiftit praeterquam menftruum et femen? Equidem tertium nullum novi. Verum quoniam corporis fubftantia ex his conftat principiis, plane prima conftitutio non ex pluribus quam commemoratis iisque folis corporibus conftare praedicabitur. Quid autem plane primum profero? Si namque qualem expofuerit fextanum genituram Hippocrates in mentem revocaverimus, dilucide percipiemus etiamnum innatum in ipfa corpus permanere. Priusquam enim aliqua offis aut venae aut arteriae aut nervi aut cartilaginis aut ligamenti in fetus natura appareat, folum ipfis corpus calidum innatum eft. Informis enim quaedam caro mollis fanguinis grumo fimilis primam fetus formam quandam in fe fufcipit tanquam fugillationes haemalopas, ut Hippocrates nominavit, ex feminis fubftantia quae ipfius candoris eft effectrix, deinde vero permultam quae affidue fit mutationem quaedam offis delineatio, cartilaginis, ligamenti, nervi, arteriae et venae abfolvitur, quo jam tempore adhuc innatum calidum cor-

τοῖς κυουμένοις ἐστὶν, ἀλλὰ πλεῖστον ἀεί τε καὶ μᾶλλόν ἐστιν ὅσον αὔξεται τὰ κυούμενα. τὸ μὲν ἔμφυτον αὐτῶν σῶμα θερμὸν, ὅπερ ἦν αἷμα καὶ σπέρμα μεῖον γίγνεται. ποικιλία δὲ ἐπικτήτων προσγίνεται σωμάτων. οὐδὲν γὰρ τῶν εἰρημένων τοῖς ζώοις ἔμφυτόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπίκτητα πάντα καὶ εἴπερ ὅλον τ' ἦν γενέσθαί ποτε ζῶον ὅστινον ἢ νεύρινον, ἐφθείρετ' ἂν οὕτως τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀδύνατον, ἐπικρατεῖν δὲ τὴν τῶν ὀστῶν καὶ χόνδρων καὶ συνδέσμων καὶ νεύρων καὶ ἀρτηριῶν οὐσίαν ἐγχωρεῖ. τὰ γοῦν εἰς ἔσχατον γῆρας ἀφι- [373] κόμενα τῶν ζώων ἐλαχίστην ἔχοντα τὴν αἱματώδη φύσιν ὀλίγου δεῖν, ἐξ ὀστῶν μόνων καὶ νεύρων, ὑμένων τε καὶ συνδέσμων, ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν καὶ χόνδρων σύγκειται. ἐκ γὰρ μὲν ὅλων τῶν τοῦ ζώου μορίων ἡ μόνη σὰρξ αἱματώδης ἐστὶν, ἣν ἐλαχίστην ἔχει τὰ γεγηρακότα, καὶ ταύτην ὀλίγαιμόν τε καὶ σκληράν. τῶν δ' ἄλλων τῶν εἰρημένων μορίων οὐδὲν αἱματῶδες ὑπάρχει. οὔκουν ἁπλῶς χρὴ τῷ τῆς οὐσίας ὄγκῳ μετρεῖν τὸ ποσὸν τοῦ συμφύτου σώματος, ὅπερ ἐπὶ τῆς δρα-

pus conceptis permanet, quod tamen dum creſcunt fetus ſemper copioſius ac majus redditur. Ceterum innatum ipſorum calidum quod ſanguis fuerat et ſemen imminuitur. Adſcititiorum quoque corporum accedit varietas. Commemoratorum enim nullum animalibus innatum eſt, ſed adſcititia omnia. Quod ſi poſſet univerſum animal oſſeum fieri aut nerveum, ſic utique innatum calidum interiret. Verum id fieri non poteſt. Probabile tamen eſt oſſium, cartilaginum, ligamentorum, nervorum et arteriarum ſubſtantia exſuperare. Unde quae ad extremam ſenectutem animalia pervenerunt, quum ſanguineae naturae minimum ſortiantur ex ſolis propemodum oſſibus, nervis, membranis, ligamentis, arteriis, venis et cartilaginibus conſtant. Ex omnibus ſiquidem animalis partibus ſola caro ſanguinea eſt, quam quae conſenuere corpora minimum habent quae et pauci ſanguinis ac dura eſt. Aliarum vero partium commemoratarum ſanguinea nulla eſt. Non ergo abſolute innati corporis quantitas ſubſtantiae mole metienda

στικωτάτης τῶν ἐν αὐτῷ ποιοτήτων ἔμφυτον ὠνόμασται θερμὸν, ἀλλὰ παραβάλλοντας τοῖς οὐκ ἐμφύτοις σκοπεῖσθαι τὴν ἀναλογίαν. ὡς γὰρ ἐν τῷ βαλανείῳ πολὺν ἀτμὸν ἢ νὴ Δία καπνὸν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον εἶναί φαμεν, οὐ πρὸς τὸ μέγεθος ἀναφέροντες ἁπλῶς τῶν οἰκιῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἀέρα τοῦ βαλανείου, οὕτως καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐροῦμεν ἤτοι πλείστην εἶναι τὴν οὐσίαν ἢ ὀλίγην τοῦ (336) ἐμφύτου θερμοῦ, παραβάλλοντες τοῖς οὐκ ἐμφύτοις σώμασιν. αἱματωδέστατα γὰρ ἅπαντα ἔχει τὸ βρέφος, ἄχρι καὶ τοῖς ὀστοῖς ἐμφαίνεσθαί τι τοιοῦτον. ἔμπαλιν δὲ οἱ γέροντες ἀναιμότατα πάντ' ἔχουσιν ἄχρι τῶν σαρκῶν· καὶ γὰρ ταύταις ἐλάχιστον αἵματος ὑπάρχει. ἀλλ' ἣν ἔμφυτον σῶμα θερμὸν τὸ αἷμα περαίνοιτ' ἂν οὖν ἐκ τῶνδε πλεῖστον μὲν εἶναι τὸ ἔμφυτον θερμὸν σῶμα τοῖς αὐξανομένοις, ἐλάχιστον δὲ τοῖς γεγηρακόσιν. οὕτως δὲ καὶ τὸ σπέρμα συγκείμενον ἔκ τε τῆς ὀῤῥώδους ὑγρότητος καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ κατ' αὐτὴν, ἐλάχιστον μὲν ἐν τοῖς γεγηρακόσι, πλεῖστον δ' ἐστὶν ἐν τοῖς τῶν αὐξανομένων σώμασι, καὶ τούτων μά-

eft, quod ab efficaciffima quae in eo eft qualitate, calidum innatum nominatum eft, fed facta cum iis quae minime innata funt comparatione, analogia perpendenda eft. Quemadmodum enim in balneo vaporem aut etiam fumum aut hujusmodi alterum multum effe dicimus, non abfolute ad aedium magnitudinem referentes, fed ad peculiarem balnei aërem, fic et in homine aut plurimum aut paucum innati calidi fubftantiam effe dicemus, inftituta cum minime innatis corporibus comparatione. Omnia namque infans habet quam maxime fanguinea, etiam adufque offa quidpiam hujusmodi confpicitur. Contra vero fenibus adufque carnem exfanguia funt omnia. Etenim his carnibus minimum fubeft fanguinis. At fi calidum innatum corpus fanguis eft, colligetur fane ex his plurimum quidem ineffe calidi innati corporis crefcentibus, fenio vero confectis minimum. Sic etiam femen ex ferofo humore et qui in eo eft fpiritu conftitutum, in fenium lapfis quidem pauciffimum, crefcentibus vero corporibus copiofiffi-

λιστα ἐν τοῖς νεωτάτοις, ὡς ἐν τοῖς περὶ σπέρματος ὑπομνήμασιν ἀπεδείξαμεν. εἰ γοῦν ἀπορήσεις, εἰ ῥᾳδίως ἀναλίσκεται καὶ διαῤῥεῖ τὸ σῶμα τῶν αὐξανομένων; καὶ μὴν ἐπί γε τῶν ἄλλων οὐκ ἀγνοεῖς ὕδωρ μὲν θερμὸν ἢ ἔλαιον ἤ τι τῶν οὕτως ὑγρῶν ἐλαχίστῳ διαφορούμενον ὅλον. οὔτε γὰρ γῆν οὔτε λίθον οὔτ᾽ ἄλλο τῶν ψυχρῶν φύσει καὶ ξηρῶν. δύο μὲν γάρ εἰσιν ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἐπιτηδειόταται ποιότητες εἰς διαφόρησιν, ὑγρότης καὶ θερμότης, δύο δὲ ἔμπαλιν εἰς διαμονὴν, ξηρότης καὶ ψυχρότης, ὥστ᾽ οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τὰ μὲν τῶν παιδίων σώματα διά τε τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα ῥᾳδίως διαπνεῖται, τὰ δὲ τῶν γερόντων οὐ ῥᾳδίως ὑπὸ ξηρότητος καὶ ψύξεως πεπηγυῖαν ἐχόντων τὴν οὐσίαν δὲ ὥστ᾽, ὦ βέλτιστε Λύκε, περὶ ὧν ἐχρῆν ἐπιτιμηθῆναί σε, περὶ τούτων ἐγκαλεῖς. ἀγνοῶν οὖν ἐφάνης ἕν τι τῶν πρώτων μαθημάτων, ὃ μηδεὶς τῶν εἰσηγμένων νομίμως ἀγνοεῖ. πολλὴν μὲν γὰρ οὐσίαν ἁπλῆν ὁ τοῦ σώματος ὄγκος κρίνει, σύνθετον δὲ ἐκ διαφερόντων

